



1214

H.

49

192

W.

136

• Alamay magnifica

Senora

alamay r

Este libro esta expurgado confor
me a la censura de la Santa y ge
neral inquisicion en m^o de
be dese hombre vivo

El doctor p^o Lopez
de Montoya



D. ERAS

MI ROTERODAMI

Paraphrasis in Euange

lium secundū IO

ANNEM,

ad Illu

strissimum Principem

FERDINAN


DVM nūc

primū

ex

cusa.

Cum privilegio.



2
REVERENDISSIMO IN CHRI

sto patri ac Illustrissimo principi D. Alfonso de Fonseca Archiepiscopo

Toletano & Hispaniarum

primati, Michael de

Eguia Typo-

graphus. S.



LTIMVS EVANGE
lista Ioannes ille, qui supra
domini pectus in coena recu-
buit, & cui a Christo filii mu-
nus è cruce delegatum est, ea
ratione post alios in Euāgelis-
tarū ordine positus, quia vlti-
mo Euangeliū scripsisse dict-

tur, multis ænigmatis & obscuris sententiis inuolutū
& ipsa rerū difficultate adeo perplexū, vt in eo expli-
cādo magni nominis interpretes miro labore insuda-
uerint, modo ab Erasmo Paraphrasi à nobis hisce die-
bus excusa elucidatus, offert sese R. D. T. Illustrissime
princeps. Cui⁹ Paraphrascos lectiōnē R. D. T. spero
nō iniucūdā fore, cū ipsa toti⁹ rei gestæ perspicua &
ante oculos posita narratione, tū & multorū obiter
locorū explanatione, in qb⁹ abstrusi qdā sensus adeo
latebāt, vt in iis eruēdis nōnulli aut operā pdiderint,
aut plane desperauerint. Valeat foelix Illustriss. D. T.

3

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
D. FERDINANDO, AVS
TRIAE, ARCHISTRA
TEGO, CAROLI
CAESARIS GER
MANO, Eras
mus Roterodamus.
S. D.

ANNO SVPERIORE PARAPhrasim in Euangeliū Matthæi, magis ex autoritate R.D. Matthæi Cardi. Sedunēsis, quàm ex animi mei iudicio susceperā, Ferdinande Principum integerrime: partim quod ipsa maiestas operis, religione quadam animum meū ab attrectatione submoueret: partim quod & alioqui plurimæ variæq; difficultates imbecillitatem meā sibi probe consciam ab aggrediēdo deterrent. Iamq; mihi videbar in totū huius generis scriptione defunctus. Tamen nescio quo pacto rursus huc me perpulit, tum superioris audacia successus, tum summorum virorum autoritas, quorum voluntati non satisfacere, mihi vehementer sit inhumanum: iussis non parēre nephas quidem erat, vt

Ioānis Euangelium ad eundem modum explicarem. Non me fugiebat quanto etiam augustior esset huius argumenti maiestas, quod magna ex parte verificatur in abditis illis naturæ diuinæ mysteriis enarrandis, & huius admirabili cum nostra cōmercio. Quis enim hominum vel cogitatione consequi possit, quo modo pater deus sine initio, sine fine semper gignat filium deum: in quem generans sic se totum effundit, ut sibi nihil decedat: à quo sic nascitur filius, ut ab eo qui producit nunquam recedat: rursus quo modo ab utroque procedat spiritus sanctus, sic ut inter omnes sit eiusdem naturæ perfectum consortium, non confusa personarum proprietate? Quis ingenio complecti queat, quo nexu summa illa & ineffabilis natura, hominem sibi copularit: ut idem qui semper fuerat ex deo vero deus verus, homo verus ex homine nasceretur? In huiusmodi rebus explicandis, in quibus nonnunquam verbum mutasse, piaculum sit inexpiabile, ubi paraphraseos libertas? Ad hæc videbam mihi fore iter, per loca crebris ac variis difficultatibus impeditissima, salebris intersepta, saltibus ac lamis imperuia, eluisionibus ac voraginibus intercisa. Nullum enim est Euangelium, unde natae sint plures aut operosiores de fide quaestiones: aut in quo vehementius sudatum sit, ab eximii veterum ingeniiis: denique in quo enarrando ma-

gis varient interpretes : quod ego sanè non illorum tarditati vel imperitiæ , sed vel sermonis obscuritati, vel rerum difficultati tribuo . Accedebāt & ille peculiare huic negotio difficultates , q̄ totus ferè sermo quem Euāgelista tribuit domino Iesu, sit ænigmatis inuolutus: quæ si explices paraphrasi, iam non cohærent quæ respondentur ab his, qui quod dictum erat non intellexerant. Sic enim multa dicuntur à domino, vt non prius intelligenda sciret , nec prius intelligi vellet, q̄ rerum euentus quod dictum erat explanaret . Porro cum paraphrastæ sit , quod astrictius est dictum, id explicare fufius, ne tēporis quidem modus mihi seruari potuit. Etenim quum extremam cœnam dominus noctu legatur peregisse cum discipulis atq; inter cœnandum interim lauerit suorum pedes, tamen à cœna tam prolixum sermonem habet cum suis, vt mirum sit tempus tot verbis suppetisse : præsertim quum ex aliorum Euangelistarum narratione constet & alia multa, nocte eadem, tum dicta tum facta fuisse . Modus igitur temporis mihi seruari non potuit, cui illa omnia erant prolixius etiam explicanda. Postremo habet Ioannes suum quoddam dicendi genus , ita sermonem velut anfulis ex sese cohærentibus contexens : nonnunquam ex contrariis , nonnunquam ex similibus, nonnunquam ex iisdem subinde repetitis, vt paraphrasis has orationis delicias nō possit

possit reddere. Quod genus est: In principio erat
 verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat
 verbum. In his tribus membris, verbum verbo,
 deus deo succinitur: ac mox repetito principio cir-
 culum absoluit: Hoc erat in principio apud deum.
 Ac rursus: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso
 factū est nihil. Quod factum est in ipso vita erat, & vi-
 ta erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tene-
 bræ eam non compræhenderunt. In his liquet vt ora-
 tionis quodq; membrum semper excipiat prius, sic
 vt prioris finis sit initium sequentis: ac tale quiddam
 hic agnoscas, quale Græcorum ἔχῶ solet affectare,
 quibus de rebus nonnihil dictum est nobis in argu-
 mentis. Hanc peculiarem sermonis gratiam intellige-
 bam mihi frequenter in paraphrasi perituram. Itaq; quum
 has hisq; consimiles difficultates multas per-
 spicerem, tamen aggressus sum prouinciam, tot nimi-
 rum ac tantis viris suo hortatu huc vocantibus, au-
 toritate compellentibus: præsertim autem superioris
 obsequi verius quam audaciæ successu fretus. Nec
 enim hætenus modo successit, quod vndiq; candi-
 dus lector pro hoc officio mihi gratias agit, verum
 etiam q̄ Carolus Cæsarum, quos octingentis adhinc
 annis habuit mundus, vt maximus, si ditionis ampli-
 tudinem spectes, ita & optimus: si quum alias illius
 vere Cæsareas virtutes, tū præcipue religionis ac pie-
 tatis

tatis studium contemplere, laborem huic meum, nā illi dicaram, non tantum vultu & oratione, sed litteris etiam non minus honorifice quam amāter ad me scriptis sibi multo gratissimum fuisse testatus est. Proinde mihi conuenire visum est, vt quoniam Matthæo Carolo consecratus esset, Ioannes Ferdinando, velut alteri Carolo dedicaretur. Ac fanè bona quædam spes blanditur animo meo futurum pollicens, vt quemadmodum illud successit Caroli Cæsaris auspiciis. Ita & hic conatus ferdinandi succedat auspiciis. Sunt duo nomina huius æui felicissima: est fratrum par, huius ætatis auspiciatissimum. Nec dubitandum arbitror, quin sanctissimorum principum pia studia, diuini numinis fauor bene fortunet. Licet enim, opinor, bene ominari de his, in quibus adhuc adolescentibus egregius virtutum prouentus, magnificæ spei, quam de se primæ ætatis velut herba præbebat, respondet. Nam & pueritiæ tuæ noua quædam & admirabilis indoles, iam tum eiusmodi prudentiæ, moderationis, mansuetudinis, integritatis, religionis ac pietatis scintillas ostēdebat, vt nemo non sibi polliceretur eximiū quendā ac numeris oibus absolutū principē. Iam vero publicam orbis de te spem, quū haftenus nō fefelleris, illud insuper efficis, vt votis etiā omnium, nō solū spei, iā factus natu grandior cumulatissime satisfacturus esse credaris. Libellum de principe Christiano, qualis qua-

lis est, iam pridē adolefcēs studiosis oībus cōmendasti, posteaq̃ tua lectione dignatus es. Et hunc igitur proprie tuo nomini dicatum, iuuenis huius seculi florentissimus, multisq̃ nominibus orbi gratiosissimus dignaberis cōmendare: nec id adeo, quo vel tibi gloriæ quippiam, vel mihi cōmodi nonnihil accedat, quum nec istius fortunæ splendor, nec istius ingenii modestia, laudem humanam, vel desideret, vel affectet: nec hic animus quicq̃ ambiat, præter Christi fauorem: sed vt his, quibus hoc laboris desudatū est, desudatū est autē in cōmune omnibus, vberiorē adferat fructū. Etenim quæ per se recta sunt, tum demum adferunt magnā vtilitatem, si superato liuore fauorē publicum meruerint. Ad hanc rem plurimū adferet momenti, si declararis hoc munus meæ lucubrationis, tibi nō ingratum fuisse. Nec enim metus est, opinor ne istos audiendos existimet tua prudentia, qui fortasse dicturi sunt, quum viderint Euangelicam paraphrasim Ferdinando dicatam: quid prophano principi, quid iuueni cum Euāgelio? meq̃ iuxta vetus Grecorum pro uerbiū βατράχῳ ὀνοχοεῖν cauillabuntur. Quasi vero soli omnium principibus apta munera deferant qui de venatu, de alendis canibus, de habendis equis, de machinis bellicis, aut fortasse de lusu alex libellos barbarica quapiam lingua elucubratos offerunt. Ego contra sic existimo philosophiam Euangelicam, quū oībus

oibus & summatis, & infimatibus, & medioximis sit in primis frugifera, nullis tamen magis esse necessariam, quàm potentissimis orbis monarchis. Nã quo maior est negociorum moles quàm sustinent, quo periculofior est rerum tempestas quàm moderari debent, quo plures sunt illis occasiones quæ solent & recta ac bene nata, beneque instituta ingenia corrumpere, hoc diligentius oportet eos Evangelicæ doctrinæ sanctissimis certissimisque præceptis instructos ac præmunitos esse, qui non nisi magno totius orbis malo peccant. Episcoporum peculiare munus est, ex Evangelicæ sapientiæ largissimo penu populum alere, unde & pastores appellantur. Fateor. Attamen Homerus non sine causa à viris etiam apud Christianos laudatissimis laudatus est, quod regem appellet ποιμήνα λαῶν, id est pastorem populorum. Quanto magis oportet hoc cognomen in Christianum principem competere? Princeps non docet Evangelium, sed præstat: docet autem etiam quisquis præstat. Cæterum quo pacto præstabit si nesciat? quo modo sciet, nisi diligentis crebraque lectione verset, nisi magno studio penitus infigat animo? Quibus magis oportet esse persuasum, coelestem esse regem huius mundi gubernatorem, quem nihil fugiat, cuius oculos nemo possit fallere, cuius potentia nemo possit resistere qui pro suis quæque meritis sit iudicaturus, quàm summis principibus qui ob potentiam neminem metuunt: & facile

le

le si velint, fallant: & si quid peccant, non modo non vocantur ad hominis tribunal, sed laudantur etiã ob flagitia? Quorum animis altius oportet esse infixũ, post hanc vitam quæ nec regibus, vel ad vnius diei spaciũ certa est, nec vlli potest esse longa, superesse vitam nũq̃ finienda, in qua sine cõditionis aut dignitatis vlllo delectu, nisi q̃ grauior erit illorum causa, qui hic potentia cæteris antecelluerunt ad incorrupti iudicis ineuitabilem sententiam, ita quisq̃ messurus est, vt hic sementem fecerit: neq̃ quisq̃ elapsurus est, quin aut pro benefactis coronam referat æternæ beatitudinis, aut pro malefactis, perhennibus gehænæ supplicis dedatur, q̃ horum, quos vndiq̃ secũdæ res, quos hominũ applausus, & præsentium rerum amorem, & futurorum obliuionem suadet? Quibus penitius impressum esse refert, à Christo denunciatum Ve diuitibus ac potentibus, qui solatium habent in hoc seculo, q̃ his, quibus omnium rerũ copia, quæ solent euirare mortalium animos, affatim adest? Quibus magis inculcatum esse par est, suũ cuiq̃ creditũ talentum in lucrũ domini, rationẽ ab omnibus exacturi, sollicitè dispensandũ esse, q̃ his, quibus ob potentiam à deo traditam in manu est, vel plurimum prodesse, vel plurimum nocere rebus mortaliũ? Quibus oportet certius esse persuasum, homines quamlibet magnos ac sublimes ex sese nihil posse: sed omnia quæ vere bona sũt omnibus

omnibꝫ à Christo proficisci: ab illo petēdū, quicquid
Christianis votis optari potest, ad illū vnum referen-
dam omnium rerū bene gestarū gloriā, q̄ his, quibus
ob ea bona, quæ christus docuit esse spernenda, mun-
dus applaudit, vt felicibus: quos ob inania quædam
bonorum simulachra, vulgus hominū tantum nō vt
deos adorat ac suspicit? Quibus magis oportet esse
persuasum, ferociam esse deo inuisam, iniuriā nō esse
retaliandam iniuria, nihil esse pace melius, nihil man-
suetudine clementiāq; deo gratius, quā his, quos tot
res quotidie, ad tumultus, ad bella, ad vindictam sol-
licitāt? Quorū mētibus cōuenit intimius impressum
esse, nec vitæ cupiditate, nec mortis metu deflecten-
dum ab honesto: nec in hac vita cuiq; pro benefactis
sperandum esse præmiū, quum in futuro seculo nulli
sua merces sit defutura, q̄ principum, quos tot illece-
bræ, tot rerū tumultus, tot occasiones, idemtidē ad in-
honestā sollicitant? Talis nimirum animus, vnde pen-
det orbis publica, vel felicitas, vel calamitas graui-
bus ac solidis philosophiæ decretis munitus sit o-
portet, quo possit erectus & illabefactus aduersus
omnes huius mundi machinas subsistere, sed huius-
modi dogmata, quę veluti faburra nauim, ita non
sinunt animum, fortunę rerumq; fluctibus iactari,
nō aliūde, nec melius, nec certius, nec efficacius hau-
riuntur, q̄ ex Euangelicis litteris. Quod si princeps
prophanus

prophanus quoniã in crassioribus negocijs plerũq; versatur, & ob publicam tranquillitatẽ tuendã nõ semper ea potest obtinere, quæ perspicit esse rectissima tamen hoc illi certe præstabit, semel hausta penitus Euãgelica philosophia, vt quantũ potest semper ad ea quæ Christi præceptis sunt proxima nitatur: & q̃ minimum à scopo deflectat. Id quum in omnibus optemus, qui res humanas in terris moderantur, tamen in te Ferdinande magnopere speramus etiã, vt quem noverimus à primis annis mire propensum ad Euãgelicæ lectionis amorem: quippe qui non solitus sis, hoc temporis quo sacrum peragit sacerdos, vel superstitionis præcatiunculis, vel frivolis alloquiis terere, quem admodum pleriq; magnatũ solent, sed aperto codice Evangelico reuerẽter inspicere, quid doceret eius dies vel epistola vel Euangelium. Nec dubitamus quin isti pueritiæ tuæ specimini, multum adiecerit ætatis accessio. Nec mediocris spes est futurum, vt tuum istud exemplum q̃ plurimi mortalium passim æmulentur. Etenim vt vitiorum contagia facillime serpunt ad plurimos, à summatibus viris profecta, ita virtutis exemplũ celerrime commendatur omnibus, si à claris authoribus fuerit exortũ. Quanta fuerit olim Euangelicæ doctrinæ maiestas, vel ritus illi, quos ex antiquitate traditos etiamnum seruat ecclesia, docere nos poterunt. Codex habetur auro, ebore, geminis pulchre ornatus:

tus:

tus: inter sacra religiose seruatur, non sine veneratione ponitur aut sumitur. Petitur à sacerdote pronuncian- di facultas, fit sacer è thure, stacte, myrrha & galbano suffitus, frontes & pectora signantur crucis imagine, submissis ceruicib⁹ defertur gloria domino, assurgit ab om̄ib⁹, astat erecto corpore, nudatis capitibus, arrectis aurib⁹, venerabundis oculis. Ad Iesu nomen quoties incidit, curuantur genua: mox magna religio- ne pectori admotus codex circūfertur osculo singulo- rum adorandus, tandē inter sacra reuerenter reponit̄. Hęc ceremonię, quid aliud nobis loquūtur, quid aliud monent, quā nihil oportere Christianis esse antiqui⁹, nihil charius, nihil venerabilius, quā coelestē illam philosophiam, quam omnibus Christus ipse tradidit, quam tot iam seculis totius orbis consensus compro- bavit, quæ sola nos reddit aduersus hunc mūdum & huius mundi principem inuictos? Sed quemadmo- dum optimo iure reprehenditur Iudæorum inanis ac præpostera religio, qui legis suæ codicem mira vene- ratione prosequuntur: substernunt mundissima lin- tea, procidunt, adorant, non contrectant nisi puris manibus, quum ea quæ præcipue lex docet, impie negligant: ita nobis curandum est, ne quā sumus in ceremoniis religiosi cultores Euangelii, tam reperia- mur in non obseruando prophani. Quorsum enim attinet, codex ebore, argento, auro, serico, gem-
inis

mis exornatus, si nostra vita sordibus vitiorum, quæ
 execratur Euāgelium oblita sit : si animus noster nul-
 lis Evangelicis virtutibus niteat ? Quid prodest liber
 admotus pectori, si quod docet procul abest à pecto-
 re : si quod dānat, regnat in pectore ? Quid sibi vult
 suffitus, odoratus, si nobis sordet illius doctrina, si
 nostra vita odor est letalis ? Quid prodest submissa
 ad codicem ceruix, si nostræ cupiditates erectis cer-
 uicibus pugnant aduersus eius præcepta ? Quid con-
 fert assurrexisse, nudo vertice astitisse, si tota vita no-
 stra talis est, vt palam Evangelicæ doctrinæ contem-
 ptum præse ferat ? Qua fronte codicem exosculatur
 Evangelicum, qui libidini, qui auariciæ, qui ambitio-
 ni, qui gulæ, qui iracundiæ seruiens, conspuit Euan-
 gelica monita ? Qua frōte dat osculū libro nihil aliud
 docenti quam pacem, quam mansuetudinē, quam cha-
 ritatem : qui contempta Christi doctrina totus liuo-
 re tabescit, odio madet, ira feruet, vlciscendi libidi-
 ne fertur, rapitur, furit in proximum suū : qui dum
 suo morem gerit animo, furialib⁹ bellis miscet orbē ?
 Quo ore complectitur & adorat Evangelicū codicē :
 qui totis vitæ studiis huic mūdo foederatus est, quem
 velut hostem execratur Evangelica philosophia ? Pur-
 ris manibus ac religiose contrectamus Evangelicum
 codicem, & impuris animis despiciamus Evangelica
 præcepta ? Quin hæc magis admouem⁹ pectori, hæc
 exoscu-

exosculamur animo, hic ceruicem inflectimus? Qui-
dam etiam Euāgelii secūdum Ioānem partem descri-
ptam de collo suspensam circūferunt aduersus mor-
bos, aut tristes alioqui casus remedium. Quin magis
Euāgelii doctrinā animo circūferimus, aduersus om-
nes vitiorum morbos, remedio futuram? Nō impro-
bo ceremonias, nō exagito vulgi simplicis religionē.
Sed tum demū ista fuerint nobis vsui, si quod signis
visibilibus admonemur, re prestiterim? Si vero Chri-
stiani sumus, hoc est, si legitimi Euangelicæ doctrinæ
professores totum hoc quod illic foris geritur, intus
in animis nostris peragatur. Audio morem esse apud
quosdam, vt princeps nudatum ensē manu tenens
adstet Euangelicæ lectioni, cæteri manu capulo admo-
ta. Quo pacto autem gladio defendet Euangelium, cu-
ius animus hostis est Euangelii, qui totus spirat mun-
dum, cui nihil cōtēptius, quā nobile illud margaritū
Euangelicū, cui nihil inuisius, quā id quod solū Chri-
stus docuit expetendū? Qui populū expilat, qui te-
nues opprimit, qui bellis res humanas ac diuinas mi-
scet, qui tot malis causam præbet, in cuius ambitionē
tantū humani sanguinis funditur, ensē vibrat, quo
defendat Euangelium Christi? Prius ipse se reconciliet
Euangelio, prius Euangelico gladio prauas cupidita-
tes refecet ab animo suo, tum si videbitur in hostes
Euangelii minax stringat ferrū. Et hæc quidem illu-
striss.

strissime princeps admonēdi gratia dicta sunt, citra
 cuiusquā contumeliā. Rem tantū ostendimus, non no-
 tamus personas: & hoc liberius hæc scribimus, quod
 in tuam integritatē ne leuis quidem horum malorum
 suspicio possit competere. Neminē secundum episco-
 pos, magis decet Euāgelica religio, quā principes. Sed
 horū simplicitas sæpenuero fallitur religionis ima-
 gine. Siquidē persuasi nōnunquam ab his, qui p̄fectæ
 religionis professione cōmendantur, existimant sum-
 mam esse pietatem, si quotidie precum, quas horarias
 vocant, pensum absoluant: si nullus dies abeat absq̄
 sacro. Atq̄ hæc quidem vt in prophano simul & iu-
 uene principe fateor argumentum aliquod esse piæ
 mentis, ita permulta sunt, quæ proprius ad Christia-
 ni principis officium attinēt. Etenim si prospiciat ne
 belli tempestas oriatur, ne publica libertas violetur,
 ne populus tenuis ad famem adigatur, ne magistra-
 tus corrupti creentur, mea quidem sententia sacrum
 deo gratius obtulerit, quā si sex annis recensuerit pre-
 culas illas. Et tamen hoc quoq̄ laudo, si modo quod
 est præcipuum accesserit. Cæterum si princeps existi-
 met nihil sibi deesse ad veram pietatē fretus observa-
 tione talium rerū, neglectis alijs, quæ propria sunt re-
 giæ functionis, hæc nimirum vera pestis est religio-
 nis: hæc est reipub. p̄nicies: & qui talia persuadent, nec
 principibus bene cōsulunt, nec populo. Pium est ad-
 esse

esse sacro, si quis modo purus accedat. At quo pacto purus accedā ad cōmemorationē illius veri summiq̄ principis qui pro salute suorum vitam impēdit, si ob iram, si ob ambitionē, si ob socordiā meam tot hominū milia vel affligūtur, vel intereūt? Ne dicā interim, quod vix vllum tēpus magis vacuū, minusq̄ sollicitū est principibus, quā quo vacāt rei diuinæ. Quid autē magni est preces illas statis horis dictas esse principi, cui nullum tempus satis magnū curandis reip. negociis? Abunde multum precatus fuerit, si quotidie recēseat, & ex animo recenseat illam sapientissimi iuuenis precationem: Domine, da mihi sapiētiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo. Aut huic simillimam, quā idem, ni fallor, recitat in libro, cui titulus sapientia. Da mihi sedium tuarum assistricē sapientiam, vt mecum sit, & mecum laboret: vt sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa, & intelligit omnia, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potētia: & erunt accepta opera mea, & disponam populum tuū iuste, & ero dignus sedium patris mei. Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapiētiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis, & sic correctæ fuerint semiteę eorum qui sunt in terris: & quæ tibi placent didicerint homines? Atq̄ hanc sapientiam quam optat sapientissimus ille iuuenis, maxime reperire licet in literis euangelicis, si quis

b ex

ex animo, si quis pia curiositate rimetur. Alioqui qui factum est ut Christianorum mores, partim in vitam plus quam ethnicam reciderint, partim in iudaismum quendam degenerarint, nisi ex Evangelicæ doctrinæ neglectu? Quanquam, ut ingenue fatear, nullis seculis defuerunt apud quos Evangelio suus constiterit honor, sed tamē his ⁺annis quadrigētis vigor illius apud plerosq; refrixerat. Quo magis omnib; studiis adnitendum, ut igniculum illum pro sua quisq; virili, ^{αὐτῶν} quem ^ὁeterna veritas dominus noster Iesus misit in terram: nec aliud optat, quam vehementer accendi, quam latissime vagantem omnia corripere. In moribus seculi tam corruptis, in tantis opinionū dissidiis quibus nunc miscentur omnia, quò potius confugiendum est, q̄ quod recte monet diuus Hilarius, ad purissimos diuinæ scripturę fontes, quorum purissima & illibatissima pars sunt Euāgelia. Neq; vero debet monarchis hoc nomine suspectū esse Evangelium, quod, ut quidam iactitant, seditiosos reddat eos, quos oportet principibus dicto audientes esse. Imò principibus hoc præstat, ut pro tyrānis sint veri principes: & populo præstat, ut bono principi libentius obtemperet, parum cōmodum mansuetius ferat. Deniq; nō debet Euāgelio verti vitio, si quis re per se optima nō optime vtatur. Pacis Evangelium dicitur, primum deo nos recōcilians: deinde nos inter nos mutuā cōcordia copulās.

*Temeraria a se
sua propositio, cu
his annis quadrim
gentis viri fuerit
no pauci sanitate
eruditi conspi
cui, quales fuerit
Bernardus, Hugo
& Ricardus de sancto
victore, Petrus lo
cardus, Gratianus,
Thomas Aquinas,
Bonaventura, Ale
xander de Halis,
Guilhermus Parisius,
Nicolaus de lyra,
Gerson, Thomas
Vualden. & quare
plurimj alij: 230.*

copulans. Si quis in hunc lapidem impegerit sibi imputet, non Euangelio. Nulla vis est hominum, nullum ingenium, nulla conspiratio, quæ veritatem Euangelicam possit opprimere, tum potissimum exerentem se se, quum maxime premitur. Sed hisce de reb⁹ vereor, ne iam plus satis dictum sit. Nunc quo maiore cū fructu legatur, de authoris consilio pauca locutus finem faciam. Quum vita doctrinæq; domini Iesu Christi, iam Apostolorum prædicatione, ac cæterorum Euangelistarum literis late per orbem esset diuulgata, Ioannes ille Iesu amore nobilis, postremus omnium hoc Euangelium scribendum suscepit: non tam vt Euangelicam texeret historiã, quàm vt quædam ab aliis Euangelistis prætermissa suppleret, quum non indigna cognitu viderentur. Præcipuam autem causam fuisse putant, quur scripserit hoc Euangelium, vt Christi diuinitatem assereret aduersus hæreses iam tum veluti malam zizaniã in bona segete suppullulantem: sed præcipue Cerinthianorum, & Ebionitarum, qui præter alios errores, docebãt Christum nihil aliud fuisse quàm hominem: nec omnino fuisse prius quàm de Maria nasceretur. Expediebat autem in primis, vt orbis sciret & crederet Christum eundem & verũ deum, & verum hominem fuisse. Quorum posterius primũ ad amorẽ hominũ in illũ excitandũ facit: libetius enim amamus nobis cognita: deinde stimulos ad imitandũ

b 2 acriores

acriores subiicit. Quis enim conetur æmulari, quod ab angelo per per speciem modo, non etiam vere gestum esset? Porro quoniam vt sunt ardua quæ præcipit, ita summa sunt quæ præmittit. Oportebat nō igno- rari diuinam eiusdem naturam, vt confidamus illum haud dubie præsidio futurū suis, quos sic dilexit: nec frustraturū in promissis, qui quicquid vult nutu possit efficere. Superiores autem Euangelistę de diuinitate domini Iesu penē nihil attigerant. Nam hanc opinor esse sapientiam, quam Paulus loquebatur inter perfectos, inter cæteros nihil se scire profitens, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Forte nōdum ferebat tempus tam ineffabile mysteriū vulgo literis procedere, ne rīderet ab impiis: quod nec credere possent nec intelligere. Quanquam & alioqui veteres omnes quoties de rebus diuinis verba faciunt, & parcissime & religiose loquuntur: copiosiores in his, quæ magis conducunt ad vitæ pietatem. Hereticorum itaq; temeritate Apostolus compulsus est, apertius asserere Christo diuinam naturam: quemadmodum Arianorum audacia compulsi sunt orthodoxi patres certiora quædam de rebus iisdem definire, quum maluerint ab eiusmodi rebus definiendis abstinere, quæ & longe superant humani captum ingenii, nec nisi magno periculo definiuntur. Atq; hæc pars merito beato Ioanni relicta est, Iesu ἀγάπῃ καὶ ἐρασμῷ, quem vt ille, qui
fons

fons est omnis sapientiæ, præ cæteris magis dilexit, ita credendum est, quod plenius arcana quædam suis, vt ita loquar, delitiis inspirarit. Hunc igitur χρυσόφιλον imbibam⁹ oēs, vt & ipsi φιλόχριστοι fieri meramur. Tantum illud lectore admonitum esse volo, me quidem in hoc opere probatissimos ecclesiæ doctores sequutum fuisse, verū nec passim, nec in omnibus: quādo quidem & ipsi inter sese nō raro dissentiunt: semper tamē bona fide profero, quod mihi germani sensus esse videbatur, quum perspicerem ab authoribus vetustis contra hæreticorum opiniones dimicantibus quædam violentius detorqueri. Nolim tamen vt quisquam huic paraphrasi plus tribuat, quàm tributus erat commentario, si commentarium scripsissem, quanquam & paraphrasis commentarii genus est. Allegorias, in quibus video veterum quosdam ad superstitionem vsq; fuisse diligentes, parcius, nec ultra quàm satis esse iudicabam, attigi. Valeto princeps ornatissime, totisq; studiis Euangelii gloriæ faueto, sic Christus Opt.

Max. vicissim tuis

votis de

xter aspiret.

BASILEAE. Anno. 1523.

nonis Ianuariis.

ERASMI RO

TERODAMI PARAPHRASIS IN
EVANGELIVM IOAN,
NIS APOSTOLI.



ATVRA diuina, quor-
niam in immensum su-
perat imbecillitatem hu-
mani ingenii, quâlibet
alioqui felicis ac perspi-
caciae, nec sensibus no-
stris, vt est, potest perci-
pi, nec animo concipi,
nec imaginatione fingi,
nec verbis explicari: quâ

quam autem in rebus conditis vestigia quaedam sub-
lucent diuinæ potētiae, sapiētiae, ac bonitatis (fit quidē
vt similitudines ductæ ab his reb⁹, quas vtcunq; sen-
sibus ingenioq; cōplectimur, adducant nos in tenuē
aliquā & vmbriticā rerum incōprehensibiliū cogni-
tionē, vt eas veluti per somniū, ac nebulā vtcunq; scō-
templemur) nulla tñ similitudo duci pōt a rebus vllis
cōditis, siue spectes angelos siue celorū machinā, siue
hæc inferiora corpora, nostris sensibus ita familiaria,
vt tamen

vt tamen ad plenum à nobis comprehendi non possint, quæ per omnia quadret ad rationem, ac naturam eorum, ad quorum cognitionem præstādam illæ collationes adhibentur. Itaque conuenit hominem huc omne studium mentis intendere, vt amet dei bonitatem, potius quam vt suspiciat, aut cōprehendat illius sublimitatē, quā ne Cherubim quidē, aut Seraphim ad plenum assequūtur. Et quanquā deus in omnibus operibus non potest non esse mirabilis, tamen inuit nobis ob bonitatē amabilis haberi, quā ob celsitudinē stupendus. Cæterum plenior diuinæ naturæ cognitio, futuro seculo seruetur his, qui hic per innocentis vitæ pietatem purgarunt cordis oculos. Nemo patrem vt est, nouit, nisi filius, & si cui filius voluerit reuelare. Itaque rationibus humanis scrutari diuinæ naturæ cognitiōem, temeritas est: loqui de his, quæ nullis verbis explicari queunt, dementia est: definire, impietas est. Si quid hinc interim datur contueri, simplici fide comprehenditur verius, quam humanæ sapientiæ præfidiis. Et satis est interim ad consequēdam salutem æternam ea de deo credere, quæ palam ipse de se prodidit in sacris literis, per selectos ad hoc viros spiritu suo afflatos, quæq; post versans in terris, ipse discipulis suis aperuit, ac demum per spiritum sanctum iisdem in hoc selectis discipulis patefacere dignatus est. Hæc simplici fide tenere, Christiana phi-

b 4 losophia

Iosophia est, & hæc puro corde venerari, vera religio
 est, per hæc tenderre ad cœlestis vitæ meditationem,
 pietas est, in his perseverare, victoria est, per hæc vi-
 cisse, summa felicitatis est. Cæterum hominem ultra
 hæc humanis rationibus de rebus diuinis vestigare,
 periculosa cuiusdam atq; impia audacia est. Quan-
quam autem satis esse videbatur, quod à cæteris Euā
gelistis, & sermone fideli prædicatū est, & literis pro
ditum: qui natiuitatem Iesu Christi secundum car-
nem, vitam ac mortem ordine describentes, afferue-
runt illi veram hominis naturam: deinde recensendo
dis illius sermonibus, commemorandis miraculis,
ac resurrectione ex mortuis, pro temporum illorum
ratione, sic declararunt eiusdem naturam diuinam.
~~videntes interm de unitate diuina, qua sine initio no~~
~~enarrabili modo nascitur à patre. & manifestatio dei~~
~~cognominis temperantes~~ vt & pios ac dociles non
 lateret veritas, nec infirmis ac rudibus Iudæis dare-
 tur ansa resiliendi ab Euangelica doctrina, quæ hoc
 ex maiorum traditione, atque ex sacris etiam Mosis
 voluminibus sibi penitus persuasum habebant, dei
 vocabulum impie tribui, præterq; vni deo quem illi
 semper coluerant, nec gentibus, quæ deos innume-
 ros colebant, etiam ex hominibus deos factos, præ-
 beretur occasio persistendi in errore sacrilego, si sen-
 sissent etiam in Euangelicis literis, dei cognomē plu-
 ribus

ribus esse commune: quod Iudæorum aures huius
 incapaces mysterii, prorsus incommunicabile putan-
 tium, initio nullo pacto laturæ fuerant, & gentium
 animos opinione multorum deorum imbutus, non
 protinus perdoceri poterat, tres esse personarum pro-
 prietate distinctos, quorum quisque vere deus esset, &
 tamen non nisi vnus esset deus, ob eandem naturam
 diuinam tribus ex æquo communem. Sic autem vi-
 sum est deo, vt quo firmior esset Euāgelica fides, pau-
 latim pro temporum profectu, atque hominum capa-
 citate dispensaretur mortalium generi. Sic Iudæorū
 natio multis seculis deum patrem religiose coluit, fi-
 lii ac spiritus sancti ignara. Et ipse dei filius quum in
 terris mortale corpus circumferret, ac nobis testibus
 esuriret, sitiret, dormituriret, doleret, fletet, irasceretur
 miseresceret, diu sustinuit à suis etiam discipulis ni-
 hil aliud haberi, quàm homo. Quum & post resur-
 rectionem quædam illos nescire voluit. Ne per spiri-
 tum sanctum quidem patefecit omnia, sed ea dunta-
 xat, quæ faciebant ad persuasionem Euangelicæ do-
 ctrinæ, & ad salutem humani generis. Quum enim
 natura rerum diuinarum summis etiam hominū aut
 angelorum ingeniis sit incomprehensibilis, & Euan-
 gelica professio ad omnes mortales ex æquo perti-
 neat, de rebus diuinis tantum aperuit nobis per fi-
 lium suum pater cœlestis, quantum satis esse voluit
 ad con-

ad consequendam salutem. Itaque periculosa cuiusdam temeritatis est, quicquam affirmare de natura diuina, præter ea, quæ nobis, vel Christus ipse, vel spiritus sanctus aperuit. Sed quoniam his temporibus, ut creuit Euangelici sermonis triticum in cordibus piorum, ita succreuit & impiorum zizania, quorum execranda temeritas eò prorupit, ut quidam non veriti sint Iesu Christo adimere naturam humani corporis, pro homine spectrum inane ac præstigiū hominis subicientes: quidam è diuerso, diuinam naturam eidem detraherent, mentientes tum demum cœpisse, quum nasceretur ex Maria virgine, quod excæcati terrenis affectibus, non assequerentur diuini consilii mysterium, quomodo deus verus, hominem verum assumpserit, ut idem esset vtrūque, neque quicquam interim decederet incommutabili naturæ diuinæ, & constaret integritas naturæ humanæ, nonnulla explanatius prodemus hoc Euangelio, quantum Christi spiritus nobis aperire dignatus est: quantumque satis ipse iudicauit ad salutem consequendam, per fidem Euangelicam. Porro quemadmodum dicere cœperam, ut rerum nec intelligibilium cuiquam, nec explicabilium aliquam cognitionem impartiamus, abutendū est vocabulis rerum nostro sensui familiarium, quū nihil vsquam sit in omnibus rebus conditis, vnde duci possit comparatio, quæ ad vnguem quadret ad

veritatem

veritatem naturæ diuinæ. Itaq; quemadmodum ar-
 canæ literæ summam illam mentem qua nihil cogita-
 ri potest, neq; maius, neq; melius, deum vocāt: ita hu-
 ius filium vnicum, sermonem illius appellant. Filius
 enim quum non sit idem qui pater, tamen similitudi-
 ne patrem quasi refert, vt vtrunq; in altero, liceat in-
 tueri, patrem in filio, filium in patre. Sed gignentis ac
 geniti similitudo quæ in humana generatione mul-
 tis modis imperfecta est, in deo patre & huius filio
 perfectissima est. Nec est alia res quæ plenius & eui-
 dentius exprimat occultam mentis imaginem, quàm
 oratio non mendax. Hæc enim vere speculum est ani-
 mi, qui corporeis oculis cerni non potest. Quod si
 cui volumus animi nostri volūtatem esse cognitam,
 nulla re certius id fit aut celerius quàm oratione, quæ
 ex intimis mentis arcanis deprompta, per aures audi-
 entis, occulta quadam energia, animū loquētis transf-
 fert in animū auditoris. Nec est alia res inter mortales
 efficacior ad oēm animorum motum excitandū quàm
 oratio. Quod si adsit autoritas, oratione compen-
 dio præscribitur, quid fieri velimus. Filius itaq; dicitur,
 qd' cæteris omnibus par ei vnde nascitur, sola per-
 sonæ proprietate discernitur. Sermo dicitur, quod per
 hunc deus, qui in suapte natura nulla ratione com-
 prehēdi potest, nobis voluit innotescere, nec aliā ob-
 causam voluit innotescere, nisi vt ex ipsius cognitio-
 ne fe-

felicitatem æternam assequeremur. Non est hæc tem-
 poraria natiuitas, nec sermo similis humano. Nihil
 corporeū est in deo, nihil tēpore fluidū, aut loco cir-
 cumscriptionem, neq; quicquā omnino initio, pgressui,
 senio aut vlli mutationi obnoxium. Totus ac semper
 in se est, & qualis est ipse, talis ab eo semper nascit̃ fi-
 lius, æternus ab æterno, omnipotens ab omnipoten-
 te, optimus ab optimo, deniq; deus à deo, nec poste-
 rior se gignente, nec inferior: æternæ mentis sermo
 æternus, quo sibi semp̃ velut arcana cogitatione loq-
 tur pater, etiam ante conditū hunc mūdum, nulli no-
 tus, nisi sibi vni & filio. Sibi nunq; nō genuit filiū,
 sibi nunq; nō prōpsit sermonem omnipotentem. Nō
 egebat ille rebus conditis cuius felicitati nihil potest
 accedere, sed ex sua natiua bonitate condidit vniuer-
 sam hanc mundi machinam, & in hac mentes angeli-
 cas, & humanum genus velut ex angelis ac pecudib; 9
 mediū, vt ex rebus mirifice conditis, atq; etiam ex
 seipso potentiam, pietatem ac bonitatem opificis col-
 ligeret. Quemadmodum autem si quis esset rex om-
 nipotēs, quicquid is fieri iuberet, id protinus factum
 esset: ita pater vere oipotens per filium ac sermonem
 suum cōdidit vniuersa. Atq; hac ratione primum de-
 prōpsit sermonē suum, per quem nobis veluti lo-
 quutus innotesceret, seseq; per admirationem pul-
 cherrimæ machinæ cognitum, in affectus nostros in-
 sinuaret.

sinuaret. Multum igitur aberrat à vero, qui dei sermo
nem sic putant esse posteriorem eo qui promit, quē
admodum apud nos mens antiquior est proloquio:
quicq; dei sermonem, quo pater deus condidit vniuer
sa, numerant inter res cōditas. Sed crassior est illorum
error, qui tum demū arbitrantur dei filium, ac sermo
nem esse cœpisse, quū corporeus è virgine Maria na
sceretur. Quicquid creatum est, initium sumpsit in tē
pore. Sed filius dei bis natus est, semel à patre ante tē
pore, vel potius sine tēpore, ex deo vero, verus deus,
rursus tempore ab æterno destinato, ex Maria virgi
ne, ex homine, verus homo. Nā hoc modo visum est
deo, nobis rursus depromere sermonē suum, vt cras
sius aut familiarius nosci posset. Impius igitur est qui
contendit Iesum Christum nihil aliud fuisse quā ho
minem, aut qui contēdit eum inter cæteras creaturas
fuisse conditum. Eundem filium aliter genuit pater,
eundem sermonem aliter deprompsit, semel in tempo
re, sed semper extra tempus omne. Nam antequā hęc
vniuersitas rerum terrestriū ac cœlestium conderetur,
iam cum patre æterno, sermo erat æternus, atque hīc
sermo sic prodibat à patre, vt nunquam à patre disce
deret. Sic erat indiuisæ naturæ cum patre, vt iuxta
personæ proprietatem esset apud patrem: nec sic ad
hærebat patri, quemadmodum accidens adhæret sub
stantiæ, sed deus erat ex deo, deus erat in deo, deus erat
 apud

Dei filius bis natus

In prin
cipio er
rat ver
bum.

Hoc e-
rat i pri-
cipio.

apud deum, ob communem vtriusq; diuinitatis natu-
ram. Duos per omnia pares nulla res discernebat, nisi
proprietas gignentis, & nascentis, proloquentis, ac de
prompti proloqui. Sicut erat filius vnigenit⁹, ab vni-
co patre, sic erat vnicus sermo ab vnico promente. Et
quanquam hic sermo erat deus, omnipotēs, ex omni-
potente, tamen personæ proprietate discretus, non na-
turæ dissimilitudine erat apud deum patrem, non in
tempore prolat⁹, sed ante omnia tempora semper ita
proficiscens à mente paterna, vt tamen ab ea nunquā
recedat. Neq; conditus est à patre, sed per hunc sibi
coeternum sermonem suum pater condidit vniuersa,
quæcunq; condita sunt siue visibilia, siue inuisibilia,
per eundem gubernat vniuersa, per eundem instaura-
uit vniuersa, nō velut instrumēto vtens, aut ministro,
sed vt eiusdem naturæ, eiusdēq; virtutis filio, vt ex pa-
tre velut authore summo prodiret omnia quæcunq;
sunt, sed per filiū, quem sibi per omnia parē ab æter-
no genuerat, ac sine fine gignet. Nec solū in hoc dei
In ipso sermone vis erat, nutu suo condendi rerum visibiliū
vita e- & inuisibilium vniuersitatem, verum etiam in eodem
rat. erat vita vigorq; omnīū, quæ condita fuerant, vt per
eundem vnūquodq; natiuo suo vigore ageret, seseq;
vi semel insita perpetua propagatione tueretur. Nihil
enim est ociosum aut iners in tanta rerū multitudine.
Sua cuiq; herbæ atq; arbori vis indita, suū cuiq; ani-
mant!

manti ingenium est. Sed quemadmodum omnia que con- Et vita
 didit, sua prouidentia vi quadam insita instruxit ad erat lux
 actum cuiusque peculiarē, & ad perpetuitatē sui generis: ita homi.
 non reliquit pulcherrimā huius mundi fabricā absque
 lumine. Siquidem ut est fons vitæ omnibus, ita est &
fons lucis: nimirum patre per æternam natiuitatē in eū
transfundente naturæ diuinæ plenitudinē, adeo ut so-
lus vitā restituat, etiam mortuis, & animorū quālibet
densam noctem luce sua dispellat. Quod igitur sol est
rebus corporeis, hoc sermo diuinus, qui est Christus
Iesus, est mentibus mortaliū, quibus per peccatū in al-
 tissimas tenebras & mortē collapsis, ineffabili charita-
 te succurrere studuit. Prius enim viuebāt homines in
 ignorantia, peccatorūque tenebris versantes mutas sta-
 tuas pro deo viuo colentes, cæcis animorū cupiditati-
 bus turpiter immersi, nec habebāt cordis oculos, qui-
 bus æterna veritas cōspicitur. Inspererat deus animis
 hominū scintillulā aliquā ingeni perspicacis, sed hęc
 affectus corporales, & vitiorū tenebræ obcæcauerāt.
 Ac prorsus tāta erat huius mūdi caligo, ut nec huma-
 na philosophia, nec Mosæque legis religio, nec prophe-
 tarum faces, hanc discutere quiverint. Tandem venit
 sol ille noster æternus, cuius inuincibili luci, nulla ca-
 ligo non cedit. Venit autem ut vitam restitueret om-
 nibus hominibus: nō Iudeis tantū, sed vniuersis orbis na-
 tionibus, & peccatorū absterfa caligine, redderet omni-
bus

Et lux
in tene
bris lu
cet.

Et tene
bræ eã
non cõ
prehen
derunt.

Erat ho
mo.

bus oculos, vt per fidei lumen agnoscerent deum pa
trem solum colendum, ac diligendum, & huius vnicũ
filium Iesum Christum. Sol hic corporeus non lucet
omnibus, habet enim suas vices, verum hæc lux sua
genuina vi lucet etiam in crassissimis mũdi tenebris,
omnibus sese offerens vt reuiuiscant & videant eterne
salutis viam, quæ nulli non patet per fidem Euangeli
cam. Et quanquam mundus excæcatus peccatorũ for
dibus, & cupiditatum turpiũ caligine nolit aspicere
lumen hoc, tamen nullis huius mundi, quantũuis den
sis tenebris inquinari potuit. Solus enim ille purus erat
ab omni vitiorum inquinamento, nec aliud erat, quã
lux vndiq; pura & illibata. Pugnant enim assidue hu
ius mundi tenebrę aduersus lucem, quam odit, vt ope
rum suorum proditricem, & multorum radios vel ex
tingunt, vel obscurant: sed aduersus hanc viuã & æter
nam lucem nihil valuerunt. Tumultuatũ est à Iudæis,
à philosophis ac potentibus, ab his qui sese rebus ca
ducis totos dediderunt, sed vincit lux ista, lucet adhuc
in mediis mundi tenebris, semperq; lucebit, nulli nõ
se communicans, qui modo sese præbeat lucis capacẽ.
Quid autem facias his, qui sciẽtes ac volentes lucem
oblatam ab se depellunt? qui inuitati ad lucem, vltro
claudũt oculos ne videant? Certe nihil ab ipso factum
nõ est, vt ne quisquam esset expers sui luminis. Non
enim ingessit se subito mortalium oculis, ne magis
etiam

etiam illos exocularēt ob incredulitatē. Quis autē rem
 tam admirandam credidisset, nisi paulatim multis mo Missus
 dis præparasset hominū mentes ad credulitatē? Itaq; à deo.
 non contentus hac admirabili mundi fabrica declaraf
 se mortalibus, & omnipotentiam suam, sapientiāq; &
 bonitatem immensam, atq; eximiam erga genus ho
 minū charitatem: nec contentus tot prophetarū ora
 culis, tot vetustæ legis simulachris ac figuris, veluti
 præludere aduentum suum: deniq; misit virum omni
 bus prophetis excellentiorē, cui nomen erat Ioānes:
 qui tametsi primā sanctimonix laudem meruit inter
 homines ad id ætatis vsq; natis, atq; ob muneris plus
 quā prophetici dignitatem angelus dictus est, tamē
 nihil aliud erat quā homo, plurimis quidem dei do
 nis largiter instructus, sed quæ diuinæ liberalitatis es
 sent, non naturæ simul impartitæ. Hic tamen in hoc
 delectus ac missus est à deo, vt iuxta prophetiam quæ
 de ipso præcesserat testimoniū præberet de illo lumi
 ne diuino, quod humano corpore dissimulatū versa
 batur in mundo: non quod qui deus esset, & paterna
 voce prædicatus est, opus haberet hominis testimo
 nio, sed vt omnibus modis sese insinuaret in credulita
 tem mortaliū, Ioannē voluit esse præcursores lucis,
 quemadmodum Lucifer solis exortum præuis nunciat mundo,
 suaq; prædicatione præpararet animos
 hominum ad excipiendum lucem iam iam venturam.

c Quoniā

Quoniam autem peccata obstant, quo minus admit-
tatur lumē celeste, inuitauit Ioannes ad poenitentiam,
clamans instare regnum coelorum. Primus enim ad lu-
cem gradus est, odisse tenebras suas. Erat autē hic Ioā-
nes ob eximiā vitæ sanctimoniā, tantæ apud Iudeos
authoritatis, vt à plerisque Christus haberetur: quo ma-
gis voluit huius testimonio pro tempore commenda-
ri Iudæis, vt sensim humano more irreperet in ani-
mos hominū. Alioqui solet qui minor est, maioris te-
stimonio cōmendari. Promiserat autem Esaias, Chri-
sto veniente, lucem quandam eximiam exoriturā his,
qui versabantur in tenebris & vmbra mortis. Itaque
priusquam Christus inclaruisset miraculis, multi suspi-
cabantur Ioannem esse lucem illam à propheta pro-
missam, verum præco tantum veræ lucis erat Ioānes,
non ipsa lux. Christus igitur pro temporis dispensa-
tione abusus est errore Iudæorum, & autoritate Ioan-

Erat nis, ad animos omniū Euangelicæ fidei præparādos.
lux vera. Erat quidem Ioānes lux quædā, nimirum lucerna ar-
dens, & lucens: ardens pietate, lucēs vitæ sanctimoniæ:
sed non erat illa lux quæ toti mundo vitā adferret: ve-
rū sermo dei de quo nobis in præsentia sermo est, erat
illa lux vera, semper manās à deo patre, fonte lucis om-
nis, vnde lumen mutuatur quicquid lucet in coelis & in
terris. Siue inter homines, siue inter angelos, si qua sci-
tilla ingenit, si qua cognitio veri, si quod fidei lumen
ab hoc

ab hoc fonte proficiscitur. Quemadmodū absque sole, cecus est hic mundus, ita absq; hac luce caligāt vniuersa. Mundus autem vbiq; regnante peccato, & abominandis erroribus, vndiq; tenebricosus erat. Et in his tenebris subinde emicuerūt viri sanctimonia præcellentes, veluti stellulæ in densissima noctiū caligine, ac ceu per nebulā, lucis non nihil ostenderunt, sed Iudæis tātum aut Iudæe finitimis: verum hæc lux vera, lucem impartit nō vni tantum nationi, sed omnibus hominibus prodeuntibus in huius mundi tenebras. Iudæi lucem hanc sibi proprie vindicare sunt conati, quod his proprie videretur promissa, quod ex iisdem & apud eosdem iuxta carnem exorta, sed illa venerat vt per Euangelicā fidem illucesceret cordibus omniū totius orbis nationum. Non excluditur Scytha, non Iudæus, non Hispanus, non Gothus, non Britannus, non reges, non serui. Quantum est in ipsa luce, venit illustrandis omnibus. Quod si qui perseverant in tenebris suis, non lucis est culpa, sed eius, qui peruersè tenebras amat, lucem horret. Lucet autem omnibus, ne quis excusationē possit prætexere, quum volens ac sciens suo vitio pereat: veluti si quis impingat in meridie, quod oculos nolit attollere. Semper hic sermo dei fuit in mundo: non quod qui immēsus est, vllorū locorum ambitu contineatur: sed sic erat in mundo, quemadmodum ingenium opificis est in opere:

Illuminat omnē hominē.

In mundo erat.

quemadmodum gubernator est in eo quod moderatur. Lucebat & tum lux hæc in mundo per ea quæ mirifice condita fuerant, virtutem, sapientiam, ac bonitatem diuinã vtcunq; patefaciens, atq; hac ratione tum etiam quodãmodo loquebatur hominum generi. Sed pleriq; felicitatem suam in visibilibus huius mundi rebus collocãtes, quos ob id merito dominus Iesus mūdum appellare consuevit, quum ipse doceret æterna, Et mūdus excæcati cupiditatibus terrenis, non agnouerunt condidit eum ditorem suum. Tanta erat caligo mentiū, vt opificem non co mundi, mundus non agnosceret, sed serpentes, boues, gnouit, hircos, porrum & cepe, immo quod his etiam vilius est, ligna ac lapides adorarent, eo contēpto, vnde quicquid erant aut habebant, acceperant. Assueti tenebris, abhorrebāt à luce, ac peccatis occæcati, pro vita mortem amplectebantur. Quin vbi familiarius sese præberet mundo, humano corpore versans, & conuiuens in priã ve ter homines, non est agnitus ab his, qui mundo huic nit. se totos deuouerant. Nec adeo mirū est, si gentes idolorum cultores, & huius vitæ commodis omnia mentientes, prophetarum ac legis rudes, non agnouerunt humana specie viuentem. Illud magis mirandū, quod quū peculiariter ad suam gentem venisset, cui tot prophetarum oraculis fuerat promissus Messias, cui tot figuris fuerat adumbratus, cui tot seculis fuerat expectatus, quæ vidit ædentem miracula, quæ docentē audiuit

audiuit

diuit, tamen adeo non est receptus à suis, vt quib⁹ ser-
uandis peculiariter venerat, efferatis animis exitium
moliti sint, & mortem machinarentur innoxio, qui
gratis vitam afferebat nocentibus. Videntes nō vide-
bant, & audientes nō audiebant, & intelligentes, non
intelligebant qui peruerso studio legis cooriebātur
in eum, quem lex promiserat. Horum igitur malicia
factum est, vt lux quæ credentibus afferebat vitā eter-
nam, his maioris cæcitat̄ esset occasio. Sed horū per-
uersitas nō potuit officere salut̄i credentium. Imò Iu-
daicæ gentis cæcitas, aditū patefecit gentibus, ad lucē
euangelicam. Qui hætenus habebātur populus dei,
qui veri dei cultu, qui legis religione, qui patrum co-
gnatione, qui diuini testamenti promissis soli gloria-
bantur, venientem dei filium auersati sunt, ac proin-
de merito abdicatis Iudeis Euāgelio rebellibus, Euā-
gelii gratia ad gentes demigrauit, vt versis rerū vicis-
sibus, qui ante falsa religiōis imagine tangebant, palā
deklararēt pietatē suam, reiciētes eius filium, quē pro
deo colebāt: & qui prius prorsus alieni à vera religio-
ne, pecudes & ligna colebant pro diis, pietatē euāge-
licam per fidem amplecterentur. Quāquam hac occa-
sione sic gentes admittæ sunt ad salutem euangelicā, **Quot**
vt nec Iudeis, nec vllis omnino nationibus sit preclu- **quot**
sus aditus, si modo deposita peruicacia se p̄beāt obe- **autē res**
dientes fidei, quæ prima ac sola ianua est ad salutem **ceperūt**
c 3 æternam

æternam. Quanquam autem ex gentibus pariter ac
 Iudæis plerique, qui mundum magis amabant quàm
 deum, auersati sunt lucem hanc, tamen non fuit ocio
 sus illius aduentus. Primum prodita est illorum infes
 licitas, qui suapte culpa sese tantis bonis vltro delatis
 orbarunt. Neque cuiquam iam dubium esse poterat,
 quin iusto dei iudicio, relinquerentur eterno exitio.
 Deinde factum est, vt è diuerso magis liqueret, quàm
 insignis esset diuini numinis benignitas, qui simplia
 ci promptaque fide reciperent sermonem euangelicum.
 Nam ideo dei filius, ac deus ipse sese dimisit ad humi
 litatem nostram, vt nos per fidem ad suam sublimitatem eue
 heret. Ideo suscepit in se nostre mortalitatis ignominiam,
 vt nos diuinæ gloriæ faceret cõsortes: ideo homo ex
 homine nasci voluit corporeus, vt nos renasceremur
 spirituales: ideo descendit in terras, vt nos subueheret
 in celum. Reiecti sunt ob incredulitatem superciliosi scri
 bæ, & pharisæi, reiecti sunt elati reges ac potentes, re
 iecti sunt turgidi philosophi. Sed ad hanc summam di
 gnitatem admissi sunt humiles, tenues, obscuri, idiotæ,
 serui, barbari, peccatores, quos mundus habet pro ni
 hilo. ~~Nulli enim nihil exigit, præter suam naturam, sed
 eruditio, nõ generis nobilitas, nõ Mosaicæ legis reli
 gio, sed quicumque, cuiuscunque nationis, cuiuscunque cõ
 ditionis receperunt sermonem hunc, his vicissim hoc
 dignitatis contulit, vt per fidem ac baptismum insiti~~
 Christo,

Christo, & illius nomen professi, fierent & ipsi filii dei, ut quod Christus esset per naturam, illi fieret adoptione. Quid aut hoc honore sublimius, ut qui prius erant filii diaboli, hæredes gehennæ ~~per se ipsos~~ fierent filii dei, fratres Iesu Christi, coheredes regni coelestis? Iuxta carnem nascebamur omnes filii iræ, ex primo nostræ gentis authore Adam: sed per sermonem dei eximimur ab infelici cognatione peccatoris, ac iuxta spiritum feliciter renascimur per Iesum Christum ex deo. Nã hos demum filios agnoscit deus, Qui non ex corporeum semen, aut coitus libidinẽ nascuntur filii Abrahamæ, sed qui per fidem nascuntur ex sanguine deo. Infeliciter nos genuerat primus ille generis author Adam. Genuerat enim morti ac gehennæ. Et qui iuxta carnem nascuntur, non eadem sorte nascuntur. Quidam enim regno nascuntur, quidam seruituti. Sed nouæ generationis author Christus Iesus, omnes ad eandem dignitatẽ ex æquo regenerat, ut deposita seruitute peccati, abiecta humilitate mortalitatis, per fidem & gratiam fiant filii dei uiuentis. Nec mirum si homo transformatur quodam modo ad diuinæ naturæ consortium, cum sermo diuinus sese hac gratia demiserit, ut nostram carnem, hoc est, mortale corpus assumeret ex uirgine, duo quædam dissimillima coniungens in sese, deum & hominem. Quid humana carne fragilius, aut contemptius? Quid

deo sublimius? Ne mireris hæc potuisse cōiungi. Deus
 est qui fecit: nec diffidas homines posse fieri filios
 dei, quū sic dilexerit nos, vt nostra causa voluerit fieri
filius hominis. Nec enim assumpsit corpus imagina-
 rium. Quis enim amaret inane spectrū, aut fallax præ-
 stigium? Sed vere corpus hominis assumpsit, hoc est,
 totā naturā hominis assumpsit, nec eā partē fastidiēs,
 qua morti sumus obnoxii, & quā minimum differi-
 mus a brutorū genere. Nec assumpsit ad tēpus, mox
 depositurus quod assumpserat, sed quo certā fidē face-
 ret humanæ nature nō per fucum assumptę, diu versa-
 bitur in terris, sitiit, esuriit, afflictus est, mortuus est,
 i nobis oculis cōspectus est, auribus auditus est, manibus cō-
 tractatus est. Atq; vt hæc dignitas humano generi es-
 set perpetua, adhuc habitat in nobis carnem huma-
 nam gestans diuinitas, atq; in ea iam glorificata con-
 sidens ad dexteram patris omnipotentis. Neq; tamē
 tum cum in terris mortale corp⁹ circūferret, carebat
 diuina maiestate. Nos enim qui familiariter cum eo
 in⁹ glo viximus, vtriusq; rei testes sumus. Vidimus esurien-
 riā eius tem, sitientē, dormientem, flentem, afflictum, morien-
 tē. Audiuimus humana voce loquentem: cōtractau-
 mus eū manibus nostris, atq; omnibus argumētis ve-
 rum hominē cōperimus. Sed iidem vidimus diuinā
 illius gloriā planē dignam vnigenito filio dei, quāta
 nec angelorū cuiquā, nec pphetarum vlli, nec patriar-
 chis

chis vnquam exhibita est, sed qua deus pater vnicū
 filium suum honestare voluit. Hanc autē gloriā vidim⁹
 mus, in ædēdis miraculis, in promēda cœlesti doctri
na, in visione montis Thabor, quando trāffiguratus
est coram oculis nostris, cum etiam eadē vox pater-
 na coelitus delapsa, filiū vnice charū professā est: quē
 admodū idem pater in baptismo voce sua, signoq̃
 columbeꝝ filiū illustravit, ac rursus ante mortē rogat⁹
 à filio, vt se clarificaret ea gloria, quā habuisset ante
 mundū conditum, voce coelitus demissa, filiū agnos
uit. Et clarificauit, iquit, & clarificabo. Deniq̃ vidim⁹
 in resurrectione, cū iam rediuius nobis corpus pal-
 pabile quidem, sed nullis malis obnoxium exhiberet,
 cū nobis spectantibus eueheretur in cœlum. Nec his
 rebus tantum emicuit nobis illius gloria, verum etiā
 mors ipsa diuinæ virtutis habebat argumenta, cū ve-
 lum tēpli scinderetur, terra tremere, saxa rūperent,
aperirentur monumenta, mortui reuiuiscerent, sol ob
tectus subitā noctē inueheret mūdo: dum protinus à
valido clamore animā exhalaret, veluti sponte, nō de-
fectione virium animam deponēs. Hac morte tā ad-
 mirabili glorificauit patrem, adeo vt latro supplicii
 socius, & Centurio, agnoscerent filium dei. Et quanquā Plenū
 in terris versans cum nostræ salutis negocium age-
 ret, maluit nobis modestiæ, mansuetudinis, & obe-
 dientiæ exemplum exhibere, quā suā ostētare ma-
 gnitudinem

Ioānes
testimo
niū per
hibet.

gnitudinem, tñ omnis illius oratio, omnia facta, gestus etiam ipse ac vultus, declarabant illum esse plenū omnibus diuinis dotibus, plenum æterna & irrefragabili veritate. Nam tametsi deus aliis quoq; sanctis hominibus, largas gratiæ suæ, ac veritatis dotes impartiat, tamen in hunc velut in vnicū filium, totum cœlestium donorū fontem transfuderat, vt in vno eēt quod omnibus sufficeret. Ac talis nobis vsq; ad ascensionem cōspectus est. Nunc persequemur, quomodo primum innotuerit mundo, cum antea, ne à fratribus quidem suis, aliud esse crederetur, quā homo. Voluit enim paulatim innotescere, ne res tam noua fidē inter homines nō inueniret, si repente fuisset exorta. Ac multa quidem præcesserant, quæ poterāt animos mortalium ad credulitatem aliquo modo præparare: prophetarū autoritas, legis vmbre, angelorū in natiuitate concētus, pastorum pietas, stella index, magorum religio, turbatus ad noui regis exortū rex Herodes, cum tota Hierosolyma, Simeonis, & Annæ prophetiæ, deniq; quedam præter humanæ naturæ modum ab eo gesta, quæ mater & Ioseph apud se mirabantur quid sibi vellēt: tamē cum adesset tēpus quo iam ab æterno destinatum erat, palā aggredi negociū prædicandi regni cœlorū, visum est, vt diximus, ad tēpus & Ioānis testimonio cōmēdari, nō qđ egeret hominis testimonio, sed quod sic expediret, vel ad inuitandam

tandam

tandam Iudæorum credulitatē, quorū nemo nō sentiebat magnifice de Ioāne, vel ad impiorū incredulitatē coarguēdam, cū nec illi de Christo testificādi crederēt, cui tantū alioqui tribuebāt, vt eum suspicarentē esse Messiam vatum oraculis pmissum, liberādeq; genti Israeliticæ. Quum igitur Ioānes multos iam discipulos collegisset, plurimos quotidie baptizaret summaq; autoritate floureret apud oēs, p̄dicans instare regnū dei, de Iesu vero malignior esset hominū opinio, palā apud multitudinē inculcat, ac repetit, quod sæpius de illo fuerat testificatus: ac iuxta vaticinium Esaia, qđ p̄dixerat ipsum fore vocem clamātis in deserto, parate viam domini, nō iam priuatim apud discipulos suos, sed apud promiscuam multitudinem quæ quotidie baptismi doctrinae q; gratia, freques ad illum cōfluebat, & tum etiā destinatis animis aderat, vt certum audiret quid vir tantus sentiret de Iesu, clara voce clamabat, dicēs: Hic ē ille de quo vobis ante hac sæpe locutus sum, cui vos me per errorē antepōnitis, cum dicerem esse quendā qui me etate ac p̄dicationis tempore sequerēt, simulq; multitudinis opinione foret inferior. Is nūc anteuertit, & q posterior videbatur, prior esse cœpit: nec mirū, quum etiā tum me dotibus oībus prior esset, quamuis hominū iudicio videretur inferior. Hic est fons omnis veritatis & gratiæ. Nos, quos vos tantopere suspicitis, nihil aliud

44 IN EVANGE. IOANNIS PARAPH.

De ple- aliud sumus, quā riuuli. Siquidem hoc ipsum qd' ha-
 nitudie bemus pro suo quisq; modulo, de huius plenitudi-
 eius oēs ne haustum est, vnde pro manat omnibus, si quid ad
 accepit æternam salutē pertinet. Quicquid virtutis fuit in pa-
 mus. triarchis, quicquid in pphetis, quicquid i Mose, ab hu-
 ius fonte pfectū est. Ego nihil aliud sum, quā p̄cur-
 for veniētis. Hic verus est p̄co simul & author euan-

Et gra- gelicæ gratiæ, quæ veram & æternā salutem cōfert om-
 tiā pro nibus per fidem. Huic hoc ipsum debemus, qd' pro
 gratia. phetarum vocibus instituti sumus ad pietatē, qd' le-
 gis p̄scripto prohibiti sumus a maleficiis, qd' veræ
 religionis velut vmbra accepimus. Nunc per eun-
 dem offert oibus vberior gratia.

~~quia per fidem eu-
 angelii gratia condonantur omnia peccata, ac merito
 conferuntur vitam æternam~~

Nam Moses, cuius
 vobis est sacrosancta autoritas, nullo nomine cū hoc
 conferendus est. Ille legis delator erat duntaxat, non
 autor, ac legem tulit inefficacem, austeram ac rigidā,
 quæ figuris & vmbriis preluderet ad euangelii lucem
 post venturam, peccata proderet magis quā tolleret,
 & sanitati p̄pararet verius, quā sanitatem conferret
 promissis inuitaret. Sed nūc pro seueritate legis, gra-
 tia exhibita est per Iesum Christum, qui

~~per fidem eu-
 angelii gratia condonantur omnia peccata, ac merito
 conferuntur vitam æternam~~

condonat omnibus omnia pecca-
 ta. Pro vmbriis exhibita est veritatis lux, cuius ille
 non solum est p̄co, verum etiam autor, vt cui pa-
 ter

ter deus tradiderit omnē potestatem. Atque hæc sunt
 arcana dei patris, hæc sunt recōdita diuinæ mentis cō
 filia, quibus illi visum est ex deo facere hominē, & ex Deū ne
 hominibus quodam modo facere deos, summa misce mo vi/
 re infimis, & infima ad summa subuehere. Hæc nulli dit vn/
 veterum ad plenum aperuit, quanquam illis aliquan- quam.
 do per angelos, per somnia, per visiones quasdam sue
 lucis scintillas aperuit. Nam deum, vt est, nemo morta
 lium, quamlibet magnus, vidit vnquam, nisi per æni
 gnata. Et quanquam Mofi, patriarchis, & prophetis Ip̄e ena
 aliquam suorum arcanorū portionem quadantenus rrauit.
 patefecit, tamen hanc gratiæ & veritatis plenitudinem
 solus vnigenitus filius accepit: qui sic ad nos descen
 dit, factus homo vt per diuinā naturam semper sit in
 sinu dei patris. Ille nobis quod aliis per partes, quod
 per inuolucra, & veluti per somnū vtcunque significa
 tum erat, crassius & explanatius absq; inuolucris enar
 rauit quicquid pertinebat ad æternam salutem conse
 quendam. Huiusmodi testimonio cum sæpe priuatim
 Ioannes ornasset Christum, tunc palàm qualis esset Et hoc
 declarauit, integri famuli fungens officio, qui nec do est testi
 mini sui gloriam Iudæis deferentibus voluerit vsur- moniū.
 pare, nec illum fraudare sua, quanquam non ignora
 bat eam rem sibi, non solū authoritatis hætenus pos
 sessæ iacturam, sed etiam grauem apud Iudæos inui
 diam allaturā, qui maluissent Ioanni hoc honoris de
 ferre.

ferre. Cuius etiam natiuitas fuerat apud Iudæos cele-
bris, qui generis nobilitate (nā sacerdotis erat filius)
commendabatur, qui nouitate victus, qui pilis came-
lorum, qui solitudine, qui baptismo, qui discipulorū
frequētia, plebis admirationem in se prouocarat, quū
Christus ob humilitatē generis, ob vitam ac vestitum
à populo nihil differentem, id temporis adhuc con-
temneretur. Quum igitur superbis Phariseis nō pla-
ceret humilis ille Christus, & ob hoc ipsum cœpissent
subinuidere Ioāni, quod de Christo bene prædicaret,
miserūt ex Hierosolymis viros authoritate præditos,
sacerdotes, & leuitas, vt præsentē multitudinē percon-
tarentur eum, quisnam esset ipse, de quo variabat mul-
titudinis suspicio. Nam quidam dicēbant illum esse
Christum Iudaicę gentis liberatorē. Alii suspicaban-
tur Heliā esse, quem iuxta Malachię prophetiā existi-
mabāt rediisse, vt præcursor esset Messię venturi. De
Christo ob generis ac vitę humilitatem perpauca be-
ne sentiebāt, etiam si quidam cœperāt inuidere. Atque
hoc iam tum agebat Phariseorū astutia, vt Christum
ad suas cupiditates attemperarent. Id futurum arbitra-
bantur, si nō fuisset approbatus, nisi ipsis authorib⁹.
Quod si docuisset affectibus ac vitiis ipsorum repu-
gnātia, reprobasent & ademissent authoritatem apud
populum, cuius doctrinam sensissent suis commodis
aduersam. Hęc est mundanę sapientię stulta pruden-
tia. At

ἄκουσον
τὴν φωνήν
τοῦ λόγου.

tia. At Christus cuius tota doctrina cœlestis est, noluit quicquam humanæ authoritatis admisceri suæ doctrinæ Euāgelicæ. Quidam etiam sperabant futurum, vt Ioannes etiam si Christus non esset, tamen nomen tā honorificum vltro delatum agnosceret. Sciebant ipsi, addictissima gloriæ mancipia, pestem hanc etiam sanctissimis viris insidiari: non ignorabant, quantus fuisset futurus orbis applausus, si Ioannes Messiaē nomē agnouisset, quod illi iam vltro bona pars Iudæorum tribuebat. Si agnouisset apud populum, habebant quo Christum ob humilitatem exosum excluderent: si non agnouisset, habebant paratam calumniam. Rogant igitur apud populum, ex authoritate sacerdotum ac Pharisæorum dicentes: Tu quis? Iam enim & illius authoritate grauari cœperant, ac subinuidere gloriæ. Ille non ignarus, quod hæc odio Christi percontarentur, non statim aperuit suam de illo opinionem, sed falsam de se suspicionem, quæ Christi gloriæ poterat apud plebem officere, reppulit, ac forti animo contempta falsi nominis gloria confessus est se non esse Messiam, qui multis videbatur esse: nec inficiatus est esse se, id quod erat, paratus indicare, quis esset ille, cui nominis huius gloria debebatur: in quorum altero erat opinionis propriæ iactura, in altero Pharisaici liuoris periculum. At vir integritatis incorruptæ, vtroque contempto, palam falsus

fasus est, se non esse Messiam, prophetarum oraculis,
 & Mosi voce promissum, haud quaquam negans iam
 adesse Messiam: sed non sum ego inquit. Significa-
 uit hoc cognominis alteri potiori deberi, qui tamen
 illorum opinione contemptior erat. Atque haec Phariseorum
 maliciosa diligentia, ad nihil aliud profecit, quam ad eu-
 gelii fide confirmanda. Hoc igitur gradu frustrati, per-
 gunt sciscitari, si quod summum est, quodque plerique ti-
 bi tribuunt, non es, cum praeter auctoritatem scribarum &
 phariseorum, usurpes novam auctoritatem, & populum in
 admirationem tui rapias, non sine iactura publicae sacer-
 dotum & phariseorum auctoritatis, certe debes esse
 quispiam Messiae proximus. Legimus autem in Ma-
 lachia propheta, priusquam veniat Messias, venturum
 Heliam Thebitam, qui restituet omnia. Num igitur
 ille Helias es tu? Ioannes negabat se Heliam esse, non
 quod non esset aliquo modo Helias, qui spiritu Heliae
 praecursor erat Christi, sed quod non esset ille Helias The-
 bites igneo curru raptus in aera, quem in hoc serva-
 ri sensit propheta, ut praecursor sit secundi adventus
 Iesu Christi. Legerant illi prophetiam, sed non intel-
 lexerant: nec erant digni qui mysterium hoc discerent,
 quod animo maligno sciscitarentur. Quoniam autem
 sciebant Mosen promississe prophetam quendam exo-
 riturum e gente Iudaica, quem audiri iusserat: nec igno-
 rabant quidam hunc prophetam fore Messiam ipsum,
 ad haec

ad hæc nonnulli iactabant aliquem è vetustis prophe-
tis reuixisse, atq; hunc esse Ioannem suspicabatur, ro-
gabāt, num esset ille propheta promissus à Mose, aut
aliquis deniq; è numero prophetarum, qui rediuiuus
sibi sumeret eam authoritatem. Ille ingenue fassus est,
se nihil esse tale, quale multi suspicabantur. Iā vero cū
illos defecisset percontādi materia, consumptis homi-
num de Ioāne suspicionibus, vrgent vt ipse de se pro-
fiteatur, quisnam sit: & ne diutius tergiuerfetur, vrgēt Vt res/
authoritate sacerdotum, quo vel metu potestatis fate- pōsum
retur quis esset. Videmus te, inquiunt, vsurpare tibi demus
quiddam supra pharisæos, sacerdotes & scribas. Con- iis.
sumpsimus diuinationem nostram, & tamen aliquid
responsi referendum est iis, qui nos huc miserunt. Si
populus totus varie de te suspicās fallitur, dic ipse quis
sis, certe ipse tibi notus es. Quem tu te esse profiteris?
Hic Ioannes quoniam legis peritis loquebatur, ne si-
bi videretur hoc ipsum quod erat humana temeritate
arrogare, ex ipsa Esaiaë prophetia pharisæis non igno-
ta, simul docebat & se nihil aliud esse, quàm Christi
præcursores, & iam ipsum dominum adesse, quem
oporteret purgatis cordibus suscipere, quem ipse liuo-
re, ambitione, & superbia excæcati, erant crucifixuri.
Ego, inquit, nec sum Messias, nec Helias, nec vll⁹ pro-
phetarum reuocatus in hanc lucem: nec tamen hoc
muneris mihi meapte authoritate sumpsi, cum ante
d plurimos

plurimos annos authoritate dei destinatus fuerim huic
 prouinciæ. Sum enim ille de quo scripsit Esaias: Vox
 clamantis in deserto, dirigite viam domini. Videtis de-
 fertum, auditis clamantis vocem. Quod superest, vos
 abiectis mundanis cupiditatibus, præparate vestros
 animos in illius aduentum, vt vobis salutifer adueniat.
 Moses vobis illum adumbravit, prophetæ olim ven-
 turum vaticinati sunt. Ego vobis iam aduenientem ostē-
 do. Porro qui missi fuerant ad Ioannem, erant sectæ
 pharisaicæ. Nam hi tum temporis peritia legis, opinio-
 ne sanctimonix, & authoritate præcellebant cæteris.
 Nec multum aberant ab Euāgelica doctrina, quippe
 qui crederent etiam immortalitatem animarum, & aliam
 vitam post hanc vitam superesse. Sed ambitio, auaritia,
 & inuidia, corruperat illorum animos. Quamquam hominum
 liuor id temporis nondum eorum exarserat vt palam Christo
 aduersarentur, sed mox ubi doctrinam illius sensissent ad-
 uersari gloriæ, lucris ipsorum, & authoritati, prorsus in-
 rabiē acti, Messiam suum, quem populo promiserant ex
 prophetis, & cuius cognitione sese venditarant, ad cru-
 cem adegerunt. Adeo pestifera res est etiam sacrarum lite-
 rarum cognitio, nisi adsit animus liber ac vacuus a ter-
 renis cupiditatibus. Sed diuina prudentia sapientior hu-
 manis ingenis nouit hominum impiorum malicia, ad
 piorum salutem abuti. Hæc phariseorum tam inuidia,
 tamquam insidiosa percotatio, nostram credulitatem con-
 firmavit.

firmavit. Iam igitur magis etiam irritati, & nō solum Christo quem semper contempserant, sed etiam Ioanni quem hactenus venerati fuerant invidentes, ad calūniādum se vertunt. Quid igitur, inquiunt, sumis tibi ius baptizandi populum, si neque Christus es, quem vaticinia docent aboliturū peccata populi sui, nec Helias Messiaē pręcursor, nec eximius ille propheta, quē promisit Moses, nec alius quispiā ē numero prophetarum? Unde tibi sumis istam authoritatem abolendi peccati, quam nec habes diuinitus, nec ex sacerdotum decreto, quorū authoritatem obscuras nouis ritibus? Ad hanc calumniam Ioannes mansuete respondit, sed ita, vt libere, & suam humilitatem agnosceret, & Christi dignitatē profiteretur. Meus inquit baptismus talis est, qualis est mea prædicatio. Nam quemadmodum prædicatio mea perfecta non est, sed tantum præparat animos vestros euangelicæ philosophiæ: sic baptismus meus, qui tantum aqua constat, non abluet sordes mentium, sed imagine quadam veri baptismi præparat rudes, vt superioris vitæ poenitentia præparati, capaces sint illius baptismi, quo Messias per spiritum suum semel abluet omnes sordes omnium qui crediderint ipsius cœlesti doctrinæ. Atque is iam non procul abest, sed iā nunc astat in hac populi multitudinem, & tanquam vnus ē numero populi versatur in medio vestrum. Et ob id à vobis vel despicitur, vel

d 2 ignorat,

populo multi studiose quærerēt, quis nam esset ille tā
 tus, cuius dignitati intantum cederet Ioānes, oīm iu-
 dicio summus vir habitus. Iesus postridie redit eodē,
 nec iam se continuit admixtus turbæ, sed seorsim ip-
 sum adiit Ioānem, partim officii gratia vt cognatum
 salutaret, partim vt suum baptistam agnosceret, sed
 multo maxime, vt illi præberet occasionem clarius
 etiam apud populum testificādi de Christo, ne adhuc
 ignotus, hoc animo videretur adire Ioānem, quo cæ-
 teri, nimirum baptizandus, aut cōfitendi peccati gra-
 tia. Nā quod ab eo baptizatus est, id humilitatis exē-
 plo datum est, Cæterum, ne quis suspicaretur illi fuisse
 se opus baptismo, aut aliquid in eo fuisse macule, qđ
 Jordanis abluerent vndæ, semotus à turba Ioannem
 adiit. Is admonitus spiritu, quid esset agendum, con-
 spicatus Iesum venientē ad se, versus ad populū, digi-
 to demonstrat illis Iesum, vt iam de facie quoq; no-
 tū mirari atq; amare cōsuescerēt, & illū potius, quā se
 sequerent: illius ambirēt baptisma potius, quā suum.
 Nam animi puritas spiritu sancto pleni in ipsis etiam
 Iesu oculis, ipsoq; vultu relucebat: ipso īcessu, totoq;
 corporis habitu semet exerebat, quēadmodū ex ad-
 uerso, furiosus ac vitiis obrutus animus prodiit ipsa
 corporis imagine. Ecce, inquit, hic est ille, quē pleriq;
 vestrum viderūt à me baptizari, cū illum non puris-
 ficarit Iordanis, sed ipse potius Iordanis aquas san-

Ecce a-
gnus dei.

d 3 tifica

trificavit, Est enim solus omnium ab omni peccatorum la-
 be immunis. Hic enim est purissimus ille agnus, quem
 deus iuxta vaticinium Esaiæ, sibi gratissimam victimam
 destinavit, ad expianda peccata totius mundi, omnium
 vitiorum genere inquinati. Hic est quem agnus ille Mo-
 saicus adumbrabat, cuius innoxius cruor filios Israel ab
 angeli vindice gladio tutos reddidit, ipse adeo non ob-
 noxius ulli peccato, ut unus idoneus sit universa toti-
 orbis peccata tollere: adeo charus deo, ut solus illi iram
 possit vertere in misericordiam: adeo mansuetus, &
 amans salutem humanam, ut paratus sit pro peccatis om-
 nium penas dependere, & in se recipere mala nostra,
 ut nobis conferat sua bona. Hic est ille de quo prius
 semel atque iterum, ceu per ænigma dixi, esse quendam
 post me venturum, qui dignitate ac virtute prævertens,
 me reliquisset à tergo, propterea quod quanquam vide-
 retur natiuitate humana, ac tempore prædicandi, de-
 niq; & autoritate posterior, tamen diuinis dotibus me
 longe prior erat. At nec ipse prius quatus esset, aut quid
 esset certo nouerim. Tantus enim est, ut ego quem vos su-
 spicitis, nullo modo sim ad hunc conferendus. Ille dominus
 est & author totius salutis, ego nihil aliud sum, quam
 famulus illius, ac præcursor: nec baptismus meus, nec
 prædicatio mea quicquam est aliud, quam præludium cœ-
 lestis doctrine, cœlestisque virtutis, quam ille vobis est al-
 Sed ut laturus. Nec in aliud iussu dei, missus sum, nisi ut prædi-
 carem

carem poenitentiam superiorum delictorum, annun-
 ciarem instare regnum caelorum, & aqua vos tingerem, stes in
 ut ille veniens vestris animis, iam rudimentis huius Israel.
 modi praeparatis, facilius innotesceret, postea quam mi
 hi quoque certis inditiis ~~esset~~ a patre demonstratus. Ver
 sabatur humilis, nec vlla re insignis inter homines,
 velut vnus quispiam e populo multitudini admixtus,
 venit ad baptismum veluti peccatis obnoxius. Non
 igitur ex habitu corporis, nec humana coniectura cer
 tum quivis cognoscere, quod is esset vnicus filius dei Et testi
 & agnus ille purissimus, per fidem aboliturus omnia monium
 peccata mundi: sed ex insigni simbolo caelitus didi phibu
 ci, hunc esse, cui ego praecursor essem datus. Quod autem it Ioan
 esset hoc signum, Ioannes palam aperuit apud multitu nes, qu
 dinem. Cum, inquit, ipse humilitatis exemplum mundo vidi spi
 volens exhibere, peccatorum turbam mixtus, veniret ritum.
 baptizandus, pater illum caelesti signo honestavit.
 Nam ipse vidi spiritum sanctum columbae specie de
 scendentem in illius verticem, ac manentem super eum.
 Ante id tempus non certo noueram eum, cuius essem
 praecursor. Occultabat enim illius caelestem sublimi
 tatem corporis humilitas. Nondum enim venerat
 tempus, quo palam vellet eum innotescere populo.
 Igitur quum scirem afflatu patris iam adesse Messi
 am, ne quid erroris esset in persona, aut ne quid
 ambiguitatis haberet humana coniectura, is cuius

iussu susceperam ministerium vos baptizandi aqua, certo signo me docuit, cuius indicio cognoscerē quis esset ille, q̄ vos efficaci baptismo baptizaturus esset, ac per spiritū sanctum, quo plenus est.

~~confiteretur gentis, et dicitur sibi filium esse dei, et dicitur omnia peccata~~

~~Et~~ Et tēim prius quā ad me veniret baptizandus Iesus, pater celestis sic me p̄monuerat: Hoc idicio certo cognosces filium meū. Inter multos quos aqua tinxeris, super quē videris specie columbæ descendētem ac manentem spiritū sanctū, eū esse scito, cui potestas est baptizādi spiritu sancto. Nam homo tingit aqua, solus ille celesti virtute, sublati peccatis cōfert iusticiā. Hoc signū quēadmodum p̄miserat pater, vidi in baptizato, & ideo mihi videre datū est, vt meo p̄conio vos quoq; cognosceretis vestræ salutis auctorem. Proinde quēadmodū & ante testificatus sum ita & nūc palā testificor, hunc esse filiū dei, vnde velut ē celesti fonte vobis petenda sunt omnia, q̄ pertinent ad iusticiā, ac æternam felicitatem. Nō enim patiar vos de me maiora suspicari, q̄ p̄mereor, nec hūc ignorari, quē nouisse salus ē. Huiusmodi testimoniis Ioannes, frequenter Iesum adhuc ignotum populo commendabat, suamq; auctoritatem in illum velut in maiorem transferebat, vt posthac se deserto, illius adhærerent magisterio, illud interim agente diuina prouidentia, vt nobis in vtroq; pararetur salutare exemplum

exemplū euangelici doctoris. Siquidē Ioānes nec tā-
tæ gloriæ vltro se offerentis lenocinio corrupt⁹ est,
vt alienā laudē sibi vindicaret, nec sacerdotū ac pha-
risæorū inuidia deterritus, quorū ambitiosus liuor,
& ambitio liuida nō ferebat quēquā præter se magni-
fieri, tacuit Christi gloriā, nec spectauit quid sibi cō-
duceret, sed quid expediret populo, docēs nimirum
Euangelii præconem, nō solū aduersus luxum, & aua-
ritiam, verumetiam aduersus omnem ambitionē vsq;
ad vitæ cōtemptum animū cōfirmatum, & infractū
habere oportere. Porro Iesus Christus, dū velut vn⁹
ē plebe venit ad baptismum, dum inter Ioānis disci-
pulos se velut discipulum gerit illius, quum esset om-
nium dñs, nos docuit per summam animi deiectio-
nē ac modestiam perueniri ad verā gloriā, neq; quē-
quam esse magistrum idoneum, nisi qui bonū gesse-
rit discipulum, neque quenquam oportere ad docen-
di munus prorūpere, nisi fuerit omnibus modis spe-
ctatus ac probatus, atque huc veluti diuinitus ascit⁹.
Iam quo magis eluceat eximia Ioannis integritas, Altera
non sat habuit populi studiū à se diuertisse in Chri-
stū, suos etiam discipulos, quos habebat peculiare stabat
à se alienatos Christo studet tradere. Nam postridie Ioānes.
quā hęc quæ modo narrauimus acta sunt apud
populum, rursus stabat Ioannes, & aderant magi-
stro discipuli duo. Iesus autē illinc haud procul in-
ambula

ambulabat, idque factum est non sine mystica significatione rei. Nam legis Mosaicae typum gerebat Ioannes, Christus euangelicae professionis erat author. Lex igitur quae iam ad summam lineam peruenerat, stabat, veluti non progressura longius, sed mox cessatura, & Christo venienti cessura, suosque discipulos illi traditura, sed interim constanter testificans de Christo, ac synagogam veluti tradens vero sponso, ut illi sit ecclesia. Christus obambulat, veluti semper in maius progressurus, & undique coelestis doctrinae discipulos colligens. Ioannes igitur stans quum intuitus esset Iesum ambulantem, nec ignarus illum sitire salutem humani generis, ac discipulos captare idoneos sublimi doctrinae, versus ad duos discipulos, qui praecatori adstabant, ut eos Iesu meliori se magistro traderet, digito demonstrans ambulantem: Ecce, inquit, ille est agnus dei, de quo iam toties testificatus sum, qui solus tollit omnia totius mundi peccata. Huic ego vos preparavi. Quisquis verum & efficacem baptismum desiderat, quisquis amat veram innocentiam, quisquis veram ac perfectam salutem desiderat huius magisterio se tradat, oportet. Quoniam qui veri cultores fuerant legis Mosaicae, legis ipsius testimonio, profecerunt ad euangelicam perfectionem, hoc est, ex fide in fidem, cum pharisaei peruerso legis studio persecuti sint eum, quem lex illis commendarat. Porro Ioannis discipuli non respondant suo magistro

magistro, sed fidem habentes illius sermone, relicto Ioanne euāgelii præcursore, sequuti sunt Iesum euāgelicæ salutis authorem. Sequebātur aut taciti, flagrātes amore sublimioris doctrinæ, cuius spem ex Ioannis testimonio cōceperant, sed interpellare nō audēt eum, qui cum nulla intercesserat familiaritas. Iesus igitur intelligens quo animo sequerentur, vt declararet, q̄ esset obuius iis, qui synceris animis sitiunt euāgelicā doctrinā, nō expectata interpellatione, vltro subleuat, & inuitat illorū verecundiam, ac versus ad illos, iamq̄ cōspicatus eos sequētes se, nō quod ignoraret, quem sequerentur, aut quo animo sequerentur, sed vt aliis illorū affectū euāgelio dignum ostenderet, cōpellat eos, rogatq̄ quid sibi vellent, vt horū nota cupiditas, & aliorū animos accēderet. At illi ipso statim nomine, professi se teneri desiderio discendi: Rabbi, inquit (quæ vox Syris sonat, magistrū) vbi habitas? Nimirū magistrū appellantes, se discipulos illius profitentur: & dum domiciliū illius, vbi sit, percōtantur, declarant se familiarius secretiora quædā velle discere, quæ fortassis ī publico dicturus non esset. Hic dominus Iesus delectatus illorum pio discendi ardore, nō excusat instantem noctē, non iubet eos redire postri die, nec signis indicat domū suā, si quādo per oportunitatē se velint iuisere, sed comiter blādēq̄ ad domesticū colloquiū inuitat eos: Venite, iquēs, & videte. Sēserat

ferat enim illorum ardenti desiderio, moram omnem molestam futuram fuisse. Illi læti tam optato responso, venerunt, ac non solum viderunt domiciliū vbi habitabat Iesus, sed eo die commorati sunt apud illum, sacroq; eius colloquio sic inflammati sunt, vt nō solū ipsi sibi gratularentur, sed alios etiam ad huius felicitatis consortium inuitarent. Porro cum adirent domiciliū Iesu, erat hora diei fermè decima, iam sole vergente ad occasum. Nullum enim tēpus, nullus locus nō opportunus est discēdis iis, quę spectāt ad æternam salutē, semperq; debet esse parata doctoris euāgelici copia. Talem enim decet esse, qui se Christianę philosophię, quæ sola supercilium nesciat, magistrū profitetur. Horum autē qui Ioānis hortatu, secuti fuerant Iesum, alter erat Andreas frater natu maior Simonis Petri, cui licet natu minori, Iesus ob excellētē fidei ardorē postea pollicitus est clauēs regni cœlorū & eidem ter amorē professo cōmisit pascendas oues suas. Habet illud euāgelica pietas longe diuersum ab ingenio mundano, si quem egregium thesaurum nata est, non cælat, aliis inuidens. Nam multi non putant se possidere, quod habeant cum multis cōmune, sed gestit suum bonum aliis esse cōmune. Andreas tāta felicitate gestiens, quod ex indicio Ioannis, sed multo magis ex domestico Iesu colloquio certū cōperisset illum esse agnum illum cœlestem, qui solus

tolleret

tolleret peccatum mundi: illum esse filium dei, reconciliatorem vnicū humani generis : illum esse Christū à prophetis promissum, & tot iam seculis expectatū, vt primum nactus est Simonem Petrū fratrem suum, cuius presentiam in hoc magnopere desiderabat, vt illi quem sciebat ingenti ardore expectasse Christi aduentum, tam certę cognitionis felicitatem cōmunicaret: Inuenimus, inquit, Messiam illum, quem redemptorē orbis propheteę promiserant. Messias autem Syrorū lingua sonat Christum, hoc est, vinctum, quod vinctio regum sit ac sacerdotū. Solus autem Christus vinctus est à deo, solidata est potestas omnis in cœlo & in terra, solus est ille sacerdos in eternū secundum ordinem Melchisedec, qui sui corporis hostia, generi mortaliū vniuerso reconciliauit deum. Simon letus tam optabili nuncio, nec audisse contentus, gestit & ipse videre Iesum. Ille iam domini Iesu comitatem ac benignitatē expertus, ilico adducit eum ad Iesum. Iesus autem intuitus eum, non solum faciem hominis contemplet, in qua tamen relucebat pectoris synceritas, sed animum potius columbina simplicitate præditum, & ob hanc aptum euāgelicę gratię, delectatus sincero illius affectu, simul & patris nomen indicat, iam tum declarans sibi nihil occultum esse, simulq; piam animi simplicitatem collaudat ex paterni nominis argumento, & ex commutati nominis ænigmatē, prædicit olim
in eo

in eo futuram, inuictæ fidei soliditatem. Nam Iona columbam sonat, aut gratiam: Simon obediētem sonat. Siquidem ab obedientia Mosaicæ legis gradus est ad euangelicam fidem. Iesus igitur intuitus eum & præsentem illius simplicitatē amat, & futuram firmitatē velut ænigmate subindicat: dicens: Tu es ille Simon, filius Ioannæ, tuo simul & paterno nomini respondēs. Sed vbi fides ista robur collegerit, vt aduersus omnia satanæ tentamenta possit inconcussa consistere, vocaberis Cephas, quod Græce sonat Petrum, Latine saxum. Atque hoc erat primum rudimentum ecclesiæ Christi: hoc erat euangelicæ scholæ primordium. Postero die visum est Iesu proficisci in Galilæam, qua nō alia Iudææ regio tum erat contemptior, quod ex ea nemo magni nominis vnquam fuisset exortus, circa quam tamen primū exoriturā euangelii lucem Esaiæ vaticinium prædixerat. Idcirco sic visum est diuino consilio, vt ab humilibus, indoctis & rudibus viris, & è sterili contēptaq; regione oriūdis, suā auspicaretur ecclesiam. Nam & Petrus atque Andreas, qui nō vocati sequuti sunt Christū, Galilæi erāt. Quod autē frater fratrem attraxerat ad Iesum, felix erat ecclesię nascētis auspiciū, quæ constat fraterna charitate, cōcordiaq; mutua. Iesus igitur abiturus in Galileā, comitatus iā duobus galileis discipulis, quo veniret aliquanto comitator, asciscit & alios duos, eiusdē gentis ac nobilitatis.

Repperit

Repperit autem Iesus Philippū quendā ortum ē ciuitate Galilęę Bethsaída: ea est iuxta lacum Genezareth, patria Andreę, & Simonis, cui nomē additum est Petri. Iam & patrię consortium, omen habet euangelicę concordię, & omnium gentiū diuersitates in vniā ecclesiā velut in vnam ciuitatem coituras. Videbatur fortē obuius factus Philippus, sed res tota gerebatur diuina prouidentia, cui iam ab æterno decretum erat quos vellet ecclesię primores esse. Itaque obuiō Philippo dixit Iesus: Sequere me. Ille nihil contatus, ilico sequutus est Iesum, de quo iam multa & Ioannis testimonio, & populari rumore cognouerat. Efficax erat sermo loquentis, & suapte sponte promptus erat audientis animus. Euenit autē vt quēadmodū Andreas Simon fratrem attraxerat, ita Philippus iam letus magisterio Iesu, cum repperisset Nathanaelem quem nouerat incredibili desiderio teneri Messię venturi, & ob hoc in legis ac prophetarum oraculis diligentissime obseruare solitum, vnde, & quādo esset venturus, vt illi gaudium quo totus gestiebat, communicaret, ait: Inuenimus verum illum Messiam, de quo Moses scripsit, quod esset exoriturus propheta, ex Israelitico genere, & de quo prophetarum vaticinia tam multa cecinerunt. Is est Iesus filius Ioseph Nazaręnus. Nam id tēporis Iesus ab omnibus adhuc credebatur filius Ioseph, & huius nomine notior erat, q̄ Marię matris.

Deinde

Deinde Nazareus vulgo dicebatur, non quod illic natus esset quā Bethleem illius cunabulis sit consecrata: sed quod illic à puero cum parentibus versatus sit, & educatus. Hoc ubi audiuit Nathanael, fauet quidem lætissimo nuncio, sed offenditur scrupulo, quem illi tacite mouebat prophetia, quæ palam promittit Christū exoriturum è Bethleem, cupiens certius edoceri, dicit Philippo: Num à Nazareth potest aliquid boni exoriri, cuius non meminerūt prophetarū oracula? Hunc nodum quum ipse Philippus rudis adhuc, & præter simplicem fidem nihil habens, explicare non posset, inuitat eum ad fontem ipsum, non dubitās, quin viso & audito Iesu, statim sit crediturus. Si dubitās, inquit, mihi credere, veni ipse, & vide. Iesus autem qui nondū miraculis æditis inclaruerat, vt cognitione rerum occultarum subindicaret, diuinam virtutem suam, conspicat? Nathanaelem venientē ad se, prius quā esset per Philippum de illo admonitus, aut ante quā esset ab illo appellatus, versus ad suos, demonstrato Nathanaele: Ecce, inquit, vere Israelita, in quo dolus nō est. His verbis Iesus simul & collaudauit Philippi simplicem credulitatem, & syncerum cognoscendi studium, cum ii qui falso se iactabant Israelitas, calumniādi studio, soleant esse curiosi. Nathanael intelligens Iesum his verbis significare se non latere colloquium quod de ipso habuisset cum philippo, & admirans, vnde hoc ad

hoc ad illius conscientiam permanasset: nam Iesum nihil adhuc suspicabatur esse, quàm hominem: Vnde, inquit, me nosti? Iesus autem euidentius etiam declarans, se non latere quantumuis occultas hominum cogitationes: Priusquàm, inquit, Philippus te vocaret, cùm esses sub ficu, iam videram te. Colloquium fuerat duorum, nequē quisquam erat arbiter, qui potuisset renunciare. Locus expressus est, & in mysterio obiter notata est ficus, primæ transgressionis conscia, vnde discendant oportet, qui volunt Christum agnoscere. Ex his iudiciis palàm erat, & totius colloqui argumentum Iesu non ignotum fuisse, cuius tamen nō refricat mentionem, ne verecundo, & simpliciter percontanti, videatur exprobrare incredulitatem. Hæc simulatquē audiuit Nathanael, cui persuasum erat, soli deo esse perspicua cordiū secreta, & homine maius esse, quod audiret, nihil iam offensus scrupulo de loci natalis vocabulo, plena fide testimoniū reddidit Christo: Rabbi, inquit, tu es ille filius dei, per quem pater decreuit liberare populum suum: tu es ille rex Israel prophetarum vaticiniis olim promissus. Iesus tam promptam & alacrem viri fidem ac professionem tam euangelicā libenter amplectens, confirmat etiam Nathanaelis de se opinionem: & apertius iam indicans diuinam naturam, ait: Ex hoc concepisti fidem, quod sim Messias ille promissus & rex Israel, quia dixi te mihi visum
e fuisse,

regno terreno somniasse. Terrenū autē est & humile quod
 dam regnū habere in mundo, sed lōge sublimius est,
 regē esse totius orbis, atq; etiā angelorū. Id innuit, cū
 ait angelos veluti sedulos ministros, obsequii studio,
 sursum ac deorsum cōmeaturos super filiū hominis.
 Quanquā autē discipuli sermonē hūc Iesu, id tēporis
 nondū intellexerāt, tamen ceu semen recōdidit in ani
 mos illoꝝ, suo tēpore progerminaturū. Post enim co
 gnouimus angelos frequēter obsequiis agnouisse re
 gē omniū, quū Gabriel illius conceptū nūciaret, quū
 in natiuitate canerēt: Gloria in excelsis deo: quū subin
 de apparētes Ioseph, incolumitatē pueri procurarent:
 quū post tētationē satanę ministrarēt illi: dū in agone
 sudāti solatiū exhibēt: dū in resurrectione frequenter
 apparēt. Rursum cū omnibus spectātibus sublatus est
 in cælū, aderāt angeli, promissi redit? spōsores. Sed id
 tū potissimū fiet, quū vēturus est in nubibꝫ, cū maie
 state patris, cū vniuerso angelorū exercitu, iudicatur?
 viuos & mortuos, ac traditurus regnū deo & patri.

CAPVT. II.

NEQVE diu cōmoratus est in Galilæa, quin
 ædito miraculo, inciperet declarare, non fuisse
 vanum Ioannis de se testimonium. Erat quidem
 Iesus notior in Galilæa, quā in cæteris Iudæę regio
 nibus, sed tamen nihil adhuc præclari de illo sentie
 bant, cum fratrum etiam & cognatorum adhuc esset

c 2 maligna

maligna de ipso opinio . Die igitur ab adita Galilæa tertio, celebrabantur nuptiæ in Cana: id est oppidum eius regionis. Ad has ob affinitatē vocata fuerat mater Iesu , atq; hac occasione vocatus est & Iesus ipse, vnā cum quatuor discipulis , quos modo collegerat. Porro cum cōuiuū incaluisset, ac deficiente vino pudore periclitaretur spōsus, quod parū liberaliter apparasset nuptias: simulq; metus esset, ne cōuiuū redderetur parū hilare, sollicitis hac de causa conuiuis, mater Iesu Maria, muliebri quadā sollicitudine, cupiēs huic incōmodo mederi, quum iam ex multis argumentis, atq; etiam ex Ioannis testimonio, non ignoraret virtutem filii sui, audet illum cōpellare, dicens: Fili, vinū non habent. Quod audet appellare, maternæ erat authoritatis: quod nihil præscribit quid fieri vellet, reuerentię est erga filiū. Iesus autem iā aggressurus cœleste negociū Euangelii, cuius solum patrem authorē esse volebat, non patitur vllam humanā authoritatem admisceri. Non enim in hoc gerebat miracula, vt suorū cognatorum affectibus seruiret, sed vt apud incredulā nationē signis corporalibus spiritali doctrinę fidem præstrueret. Durius itaq; matri respōdet: non q̄ hanc talem non vnice diligeret , qui sic amabat vniuersum hominū genus, sed vt miraculorū authoritatē ab humanis affectibus assereret, ac diuinæ virtuti totā gloriā vindicaret. Hoc enim expediebat hominum salutem,

quam

quam sitiebat Iesus. Itaq; non abnegans matrem, sed ab huius negotii quod gerendum erat auctoritate declarans alienam, respōdit: Quid mihi tecū rei est mulier? Est mihi tempus præsriptū à patre, quādo, & quibus modis agere debeam negotiū humanæ salutis, id nondū venit. Hactenus tuæ volūtati me præbui morigerum. Quod nūc restat, ex arbitrio patris gerendū est, nō ex humano præsripto. Alibi mater fuisti, posthac mihi nihil aliud eris, quam mulier, quoties versor in patris negotio. Huius gloriæ quoties erit seruiendum, nihil opus erit tua interpellatōe. Vltro faciā, quod res ipsa postulabit: habeo tempus à patre præsriptum. Sic & ante matrē admonuerat, adhuc puer, quod in templo disputantē interpellasset. Sic rursus admonuit, quum apud populum cōcionātem euocari iussisset. Maria vero mater Iesu, nec offensa duriore responso filii, nec diffidens tamen de illius bonitate pariter ac virtute, nihil ipsi quidem respondit, cæterū accitis ministris clam in aurē dicit: Quicquid vos facere iusserit, facite. Nimirū illud procurabat matris pia sollicitudo, ne famulorū incredulitas, aut nō paratum obsequium obstaret, quo minus cōuiuio subueniret. Cæterū temporis ac rei gerendæ arbitriū filio relinqt tacita. Hæc nequaquā fortuito gerebantur, sed cōsulto Iesus differebat miraculū, quo magis oībus innotesceret vini defectus, & necessitas

ti non ostentationi datum videretur. Sic enim omnia sua miracula gessit dominus, ut non ad laudem humanam affectata, sed subleuandis hominum malis impensa viderentur: ita temperato rerum ordine, ut maiore certioreque fide geri non possent. Iam igitur expectantibus conuiuis, & ob vini inopiã sollicitis, Iesus tempus adesse sentiens, quo suis inotesceret, ministris mandata, ut sex hydrias lapideas, quæ illic stabant in eum usum, ut si quis iuxta Iudæorum consuetudinem, lotionem se purgare vellet, haberet paratam aquæ copiam: quod ea regio siticulosa, nec ubiuis, fontibus ac fluminibus irrigua sit, implerent aqua. Nimirum & hoc faciebat ad miraculi fidem, quod earum hydriarum solenis esset usus, nec alium liquorem unquam accepissent, præterquam aquæ. Quin & magnitudo vasorum faciebat ad miraculi fidem: nam singulæ capiebant binos aut ternos cados, ut nec loco facile moueri possent. Paruere famuli, & ut iussi fuerant, impleuerunt hydrias aqua usque ad summum. Id ubi factum esset, quo plures haberet miraculi testes, iussit ut haurirent ex hydriis, & quod hausissent, offerrent Architriclino, qui conuiuio curando præfectus erat: & partim quia sobrius, nam cui cura mandata est apparatus, is cæteris bibentibus abstemius esse consuevit: partim saporum peritus, & palati iudicio callidus, maiore fide pronũciare poterat de vino, quam cæteri conuiuæ, quorum palata tam
multo

multo vino videri poterāt obsurduisse. Architriclinus autem, simul atq; gustasset vinum ex aqua factum, nec sciret vnde esset haustum, suspicans errore ministrorum esse factum, quod tale vinum distulissent in extremum cōuiuii, præter aliorum morem, vocat ad se sponsum, dicere cupiens qua nam occasione is error accidisset. Cæteri, inquit, qui solēne conuiuiū exhibent, initio conuiuii optimum quodq; vinum apponunt: post vbi iam temulenti, minus diiudicant palato, & hauriunt intemperantius, apponunt id quod deterius est. Tu contra vinum hoc, quo nullū adhuc appositum generosius est, seruaisti vsq; ad finem conuiuii. Atq; hac occasione rei gestæ miraculum paulatim ad plures dimanauit, ac post re ex famulis pquisita, cognitum est non solum aquam versam in vinū, sed etiam in vinum optimum. De hydriis nulla erat suspicio, quin soli aquæ fuissent consecratae. Ministri aquam aquæ addiderant vsq; ad summum, iidem ex eo quod infuderant haustum, obtulerant Architriclino sobrio. Sponsus agnoscit tale vinum apparatus non fuisse. Itum est ad hydrias, & compertum est eiusdem generositatis vino plenas esse. Ab hoc facto dominus Iesus auspiciatus est in Cana Galilææ miraculorū gestionē, paulatim prolaturus mūdo diuinæ sue virtutis argumēta. Nam primū hoc in re nō perinde seria, & priuatim gestū est, ac propemodum matris

e 4 ac cognat

tes nostras sui spiritus mero lætificat. Rei mysterio astipulantur & ipsa locorum vocabula. Siquidē Cana Galilææ sonat possessionē transmigrationis. Iam enim collectum erat seminarium populi noui, qui à litera legis ad spiritum euangelicū, à mundo ad coelū transmigraret. Hoc signo Iesus in obscuro oppido, inter cognatos virtutis suæ declarationē auspiciatus, descendit Capernaum. Ea ciuitas est in eadem Galilæa gentium, iuxta lacum Genezareth, finitima Zabulon & Neptalim, propter opum affluentiam, luxu diffuens & superbia tumens. Porro iuxta philosophiam euangelicam, quod altum est apud mundum, hoc abiectū est apud deum. Descēdūt vnā mater eius, fratres, ac discipuli, atq; ibi commorati sunt dies perpaucos, nec vllum miraculū est æditum. Verum hoc officii interim datū videt̃ matris & cognatorū affectibus, quos iam circūferri diutius nolebat: nimirū aggressur̃ maiora, ne quæ gerebantur in gloriam patris cœlestis, hinc sibi quicquam vindicaret affectus humanus. Cognatis igitur Capernaum relictis, Iesus quærit tempus, ac locum idoneum palā declarandæ virtutis, ac authoritatis suæ, quam à patre cœlesti, non ab hominib; acceperat. Etenim iam instabat celeberrimus ille dies Iudeorū, qui dicitur pascha. quod Hebræis transitū sonat. Hūc quotannis celebrabāt ob veteris historie memoriā, quod maiores eorū incolumes trāsissent

sent ex Aegypto, petituri terram à deo promissam. Porro quod illi typo celebrabant, hoc per Christū vere agebatur, nimirum vt homines per Euangelicā fidem relictis errorum tenebris ac vitiorum caligine transferrentur ad innocentiam, ad lucem, ad immortalitatem. Quum igitur id temporis ingens esset Hierosolymis hominū frequētia, qui ad diem festū ex cūctis Syriæ regionibus confluxerant, Iesus eò se cōtulit, iam ascendēs ad patris negociū, qui Capernaū descenderat, cognatis obsequens. Mox templū ingreditur, qui locus religionis causa à plurimis solet frequētari. Christus autem veræ religionis erat magister.

Quū autem esset ingressus templum, religioni & cultui diuino dicatum, offendit illic non templi, sed fori speciem. Repperit enim illic permultos, qui in loco sacro fordidū atq; iniquū etiam quæstum exercerent, & religionis occasionem verterent in rapinam. Siquidem hospitibus vt esset qd' offerrent, magno vendebant oues, boues, colūbas, aliāq; huius generis, quæ iuxta Iudæorū consuetudinem solent offerri, siue donari sacerdotibus: sed interim pacti cum sacerdotib; & leuitis, vt eadem animantia accepta ab his qui obtulerant, rursus ipsis venditoribus reuēderēt, sed minoris, vt iterū cū lucro possent aliis hospitib; vendere: ita fiebat, vt spoliatis hospitibus, turpe lucrū subinde ex eodem animante rediens inter mercatores &

leuitas

leuitas diuideretur. Quoq; paratior esset negociatio, id quod in prophano mercatu fieri consuevit, aderāt & numularii, siue collybistæ, qui minutiore moneta mutarent maiorem, aut aurum argento, aut peregrinam pecuniam, eius loci moneta verterent: atq; hinc quoq; quæstus erat sordidus, nec multum abhorrens ab vsura. Iesus iam tum ipso facto docens, quanta pestis ecclesiæ sit turpe lucri studiū, & quantum ab hoc morbo abesse oporteat eos, qui se religionis Euangelicæ proceres profitentur, contexit sibi veluti flagellum è funiculis, tanquam canes è domo dei profligaturus, magnaq; indignatione, simul & authoritate, omnes illos exegit è templo negociatores vnà cum suis mercibus exturbans. Neq; enim solum eiecit homines, sed oues etiam ac boues, ne quid talium sordidum hæreret. Quin & collybistarum æs effudit in terram, ac mēsas etiam subuertit, docēs hæc prorsus esse conculcanda religionis veræ cultoribus. Cæterū his qui colūbas vendebant, indignabundus dixit: Auferte ista hinc, & ne ex domo patris mei feceritis domum negociationis. Discipuli vero quum viderēt Iesum alioqui placidum ac mitem, hic tanta seueritate profligantem, qui templi religionem sordido quæstu prophanebant, recordati sunt eius prophetiæ, quam habet psalmus sexagesimusoctauus: Zelus domus tuæ comedit me. Porro Iudæi quum audissent, quod

quod domum patris sui nominans, peculiari quadam ratione se declararet filium dei, viderentque palam, tanta cum autoritate fauientem in eos, qui videbantur re sacerdotum ac religionis adiuuare, obstrepunt illi ac dicunt: Si deus pater tuus est, & si patris contumeliam vindicas, æde miraculum aliquod, vt intelligamus, te patris autoritate hæc facere. Si ista facis autoritate tua temeritas est: si diuina, quod signum profers, vt credamus tibi? Iesus autem sciens eos calumniaturos, etiã si quod miraculum ad ostentationem ædidisset, quum ille nullum vnquam miraculum ædiderit, nisi ad subleuandam egentium necessitatem: vt quod esset diuinae virtutis argumentum, idem esset & humanæ necessitatis beneficium: sub ænigmatate promisit eis signum, quod si tum palam fuisset eloquutus, nõ erant credituri, quando ne tum quidem crediderunt, quum esset exhibitum. Id erat signum mortis, & resurrectionis. Idem erat signum Ionæ, quod post multis editis miraculis & adhuc flagitantibus signum de cælo promisit. Nunc autem idem rudibus adhuc tectius etiã promittit. Sermonis occasionem, templum in quo versabantur, præbebat, de quo Iudæi supra modum gloriabantur. Soluite, inquit, templum hoc, & in triduo excitabo illud. Hoc ænigmati, ne apostoli quidem, tunc intelligebant. Sed cognita tandem resurrectione, ex re compererunt sensum orationis. Iesus enim sentiebat de

bat de

bat de templo corporis sui, quod illi per suam malitiam morte essent soluturi, ipse virtute diuina intra triduum resuscitaturus. Hoc Iudeis non solum absurde, verum etiam impie dictum videbatur. Nam iubere solui templum tantę religionis impiū erat: tā operosam fabricā intra triduum excitare, dictu absurdū videbatur. Quales autem erat illorum intellectus talis fuit responsio: **Q**uadraginta sex annis, inquit, sudatum est in hoc templo post Babylonicā captiuitatem instaurando, & tu triduo excitabis illud? Ad eam obiectionē non respondit dominus Iesus, sciens se nihil profecturum, si sermonis inuolucrū explicuisset, quando nec post tot æditis signis, tot prædicationibus instructi discipuli potuerūt ferre mentionem mortis, nec credere mysterium resurrectionis. Hæsit tamē hoc dictum ceu semē quoddam in animis auditorum, sed in aliis alium fructum protulit. Siquidē Iudæi memores, hunc sermonem veluti capitale crimen obiecerunt illi, apud sacerdotes impios. Discipuli quod assequi non poterant, tamen recondentes in pectore, quid sibi vellet admirabatur, donec peracta resurrectione spiritus sanctus doceret illos, Christum templi vocabulo suū ipsius corpus significasse. Id erat multo sacratius templo, quod religiose venerabantur Iudæi, vt in quo inhabitaret plenitudo diuinitatis. Et tamen faxeū illud templum violare sacrilegium erat: at sacratissimum illud templum

plum

plum sanctissimi corporis, nihil veriti sunt impie demoliri. Sed idem Solomon, qui sibi ex virgine Maria condiderat templum hoc, ab illis solutum restituit intra triduum, iuxta prophetarum vaticinia. Tum itaque discipuli conferentes scripturas cum sermone Iesu, intellexerunt hoc esse maximum signum, quo Iudæis declararet suam diuinitatem. **Q**uanquam enim legimus aliquot homines reuixisse, nemo tamen præter unum dominum Iesum excitauit seipsum ad vitam. Solus enim in se potestatem habebat deponendi animam suam, & eandem resumendi, quum vellet. Atque his quidem initiis Iesus excitauit totius Iudaicæ gentis in se expectationem instante die festo. Ceterum quum per aliquot dies paschæ Hierosolymis commoratus, & signis & doctrina iecisset aliqua femina fidei euangelicæ multi fidei habuerunt dictis illius, credentes eum esse filium dei, quem se esse prædicabat, magis commoti miraculis, quæ perpetrabat, quam verbis. Nam Iudæi non tam ratione commouentur, quam visis prodigiis. Ceterum Iesus iam tum formam & imaginem nobis ostendens Evangelici doctoris, cuius prudentia est, non statim omnia mysteria doctrinæ sublimis rudium animis committere: cuius mansuetudinis est, infirmos adhuc & imperfectos tolerare, donec proficiant ad sublimiora, quoniam sciebat fidem illorum adhuc esse rudem & ancipitem, & animos illorum nondum esse capaces

mysteriorum

Quum
autem es-
set Hie-
rosoly-
mis.

mysteriorū Euāgelicę philosophię, ne subito versis populi studiis, tumultus aliquis nasceretur, nō sese crederet promiscuę multitudini. Cōplures enim erāt, quos vrebatur hęc authoritas, presertim qui Iesu doctrinā & gloriā, suo quęstui & authoritati offecturā arbitrabātur. Nondū eruperat phariseorū & scribarū liuor in manifestā calumniā, sed tamē inuidiā ac maleuolentiā in corde premebāt, captātes occasionem lædēdi. Eoq̄ quia nōdū prodesse poterat Iesus, ne præberet malis occasionē maioris mali, subduxit sese ab illis, eo quod ipse nosset omniū tacitas cogitationes, nec op̄ haberet, vt quisquā apud eū testificaretur de homine. Ipse enim quē nihil fugiebat, ex sese sciebat quid lateret in recessu cordiū vniuscuiusq̄. Nec interim suę salutis cōsulebat Iesus, qui sponte in hoc venerat, vt pro salute mūdi mortē oppeteret, sed illorū malicię peccādi materiā subtrahebat.

CAPVT. III.

INTER multos autem qui ex cōspectis Iesu miraculis nonnullam de eo opinionem conceperāt, erat quidam nomine Nicodemus, sectę Pharisaicę, ex eorum ordine, qui apud Iudeos primores habebantur. Hic non ignorās esse per multos sui ordinis ac sectę, qui Iesu subinviderēt & insidiarētur, adiit Iesum, sed nocte, re declarans quod imbecillis ac vacillans adhuc esset in amore erga Iesum, quem hætenus admirabatur

rabatur, vt tamen nollet eius causa suæ gloriæ iacturā apud homines facere, nec eius gratia in sui ordinis inuidiam pertrahi. Metus autem erat potius, quàm impietas, & pudor humanus verius, quàm peruersitas. Atque hic pudor in quorundam animis tantam vim habet, vt qui rem & vitam possunt contemnere, affectum hūc generosis ingeniis potissimum insitum, nō possint vincere. Pudebat enim eum qui inter Iudaicæ gentis principes dignitate præminebat, humilis Iesu discipulum videri: timebat ne cui primus confessus in synagoga tribuebatur, eiceretur è synagoga. Iesus autē mansuetissimus doctor, qui calamum confractum nō comminuit, nec līnum fumigans extinguit, non repulit timidum atq; intempestiuum saluatorem, sed comiter accipit imbecillem quidem, sed maliciæ expertē, & ob hoc dignū qui paulatim ad sublimiora prouehatur: statimq; quantū ex eius miraculis conspectis profecerit aperiēs, hac præfatione captat beneuolentiā Iesu. Rabbi, inquit, iā illud perspectum habemus doctrinā istam tuam non esse talem, qualis est pharisæorum. Res enim ipsa loquitur, ipsam docendī auctoritatem non ab homine traditā, sed à deo. Nullus enim posset hæc ædere miracula, quæ tu profers, nisi deum habuerit sibi præsentē & opitulantē. Hanc opinionē de Iesu Nicodemus vt magnificam ac præclarā proposuit, quum esset infra illius dignitatem. Nihil enim aliud

aliud eum esse suspicabatur, quàm prophetā aliquem, cui deus faueret, & adesset in ædendis miraculis, quasi suapte virtute non ea patraret. Iesus autem nec hominis imperfectā de se opinionem refellit, nec statim se iactat quantus sit, sed blanda comitate docilem paulatim prouehit ad Euangelicæ doctrinæ penitiora mysteria. Iudæi, qui tantum adhuc aquam Mosaicę legis biberant, qui præter Ioannis baptismum nihil nouerant: nec adhuc gustarent vinum Euangelicæ doctrinæ, necdum per spiritum & ignem baptizati fuerāt, præter carnem nihil sapiebant, & ob id ad Euangelicam philosophiā, quæ tota spiritualis est, admodū rudes. Proinde dominus non exprobrauit illi suā ruditatē, non animū utroque claudicantē, & mūdo deoq; sese partientē, nondū protulit illud quod post a prouectioribus discipulis exigit: Quē mei puduerit apud homines, huius & me pudebit apud patrem meū: sed obscuris dictis elicit hominis ruditatem, ut paulatim erudiat, & ab affectu carnali transferat ad intelligentiā spiritualem. Illud, inquit, habeto pro indubitato Nicodemus, nisi quis denuo velut in nouum hominē renascatur, nō potest videre regnum dei. Adeo noua est hæc doctrina quam cupis ex me discere. Id cum dictu absurdum videretur Nicodemo, crasse quidē, sed simpliciter respondens ait: Qui fieri potest, ut homo iam ætatis prouectæ, quemadmodum ego sum, nascatur

f tur

tur denuo? Num quâ fieri potest, vt rursus introeat in
 vterum maternū, & inde nascens denuo prodeat? Ne
 hoc quidem tam crasso responso offensus Iesus, gra-
 uatur interpretari, quid sit nasci denuo, siue è supernis.
 Verissimum est, inquit, Nicodeme quod dixi, renascē-
 dum est ei qui velit esse capax Euangelicæ doctrinæ:
 sed aliud natiuitatis genus est de qua loquimur. Non
 enim est carnalis, sed spiritalis: nec constat propaga-
 tione corporum, sed transformatione animarum. Nec
 hac natiuitate rursus efficiuntur filii hominum, sed filii
 dei. Itaq; pro certo habe quod modo dixi: nisi quis
 denuo natus fuerit per aquam & spiritum sanctum, &
 ex carnali fiat spiritalis, non poterit ingredi regnum
 dei, quod prorsus spirituale est. Simile nascitur de si-
 mili. Quod è carne nascitur, nihil aliud est, quàm ca-
 ro, ceterū quod è spiritu natum est, spiritus est. Quan-
 tum autem interest inter carnem & spiritū, inter cor-
 pus & deum, tanto præstantior est hæc de qua loquor
 generatio, ea, quæ corp⁹ propagat è corpore. Qui iux-
 ta carnem nati, nihil aliud quàm carnem sapiūt, nihil
 esse credunt, nisi quod sensibus percipiunt. Atqui ea,
 quæ nec videntur, præstantissima sunt, vimq; maximā
 habent, quū caro sit infirma & impotens. Quare quū
 alia sit nascendi ratio, non est quod mireris homini se-
 cundum carnem nato, vt esset filius hominis, eidem se-
 cundum spiritum inuisibiliter esse renascendū, vt pos-
 sit esse

fit esse filius dei, qui spiritus est, & aptus regno cœlo-
rum, quod spirituale est, non carnale. Quod si non-
dum animo consequeris, fume tibi imaginem ab his
rebus, quæ cum spiritualibus nonnullam habent con-
gruentiam, & tamen corporeis sensibus percipiuntur.
Deus simplicissimus est spiritus, proculq; semotus ab
omnibus sensibus corporeis: sed hic aer quo vegeta-
mur, & cuius tantam vim & utilitatem sentimus, quo-
niam ad nostra corpora collatus, subtilior est, spiri-
tus dicitur. Atque hic spiritus non cohibetur homi-
nū arbitrio, sed impetu suo fertur quo visum est, per
omnia sese diffundens, mirificam vim inserens rebus
corporalibus: nonnunquam vitam adferens nonnun-
quam mortem: nunc tranquillus ac tacitus, nunc rur-
sus violentior: interim ab oriente spirans, interim ab
occidente: interim ab aliis atque aliis mundi partib⁹,
& effectu se prodit: ac vocem illius audis, quum nul-
lum corpus videas, nec sit quod manibus possis ap-
prehendere: sentis præsentem, nec vides venientem,
nec vides quo se proripiat abiens. Tale quiddam ha-
bet hæc spiritualis natiuitas. Arcanis afflatibus men-
tes hominum à dei spiritu rapiuntur, ac transforman-
tur. Vis ex affectu ineffabilis sentitur, nec tamen ocu-
lis cernitur, id quod agitur. Et qui sic renati sunt, non
iam aguntur humano carnaliq; spiritu, sed spiritu dei,
qui viuificat ac moderatur omnia. Nicodemus adhuc

Spiri-
tus ubi
vult spi-
rat.

crassior, non repugnans, quidem Iesu, sed sermonis intelligentiã non assequens, & planius etiã exponi cupiẽs quẽ audierat, dicit Iesu: Qua ratione possunt ista fieri, vt homo corporeus renascatur in spiritum, & ex deo nascatur diuinus? Iesus ostendens ea quæ cœlestis doctrinẽ sunt, non percipi rationibus humanis, sed fide potius comprehendendi, & ad hæc indociles esse mundi philosophos humana sapientia turgidos, & phariseos, qui literam legis magno supercilio profitebantur, quum spiritum legis ignorarẽt: sed hanc esse sapiẽtiam, quam pater cœlestis celaret prudentes huius seculi, & aperiret his, qui iuxta mūdum humiles essent, & idiotæ, respondit Nicodemõ: Tu haberes magister in Israel, & profiteris te doctorem populi, & hæc quẽ potissimum oportebat scire, ignoras? Quantum igitur abest populus à spiritali doctrina, si tu tantus populi doctor, hæc nõ assequeris? Sed interĩ credidisse profuerit, quod intellectu non potes assequi. Fides præstabit, vt hæc sentias, etiã si non videas. Etenim si aeris

Amen huius naturam & impetum cum sentias, non potes in
 amẽ di- genio consequi, quomodo consequeris hæc longe su
 co tibi. blimiora, & ab omni sensu corporis semotiora? Si qui
 dem diuina cum sint, longe superant humanas mentes, nisi & ipse diuino spiritu afflentur. Mihi vero tuto credas, qui hæc quẽ cœlestia sunt, nõ solum afflatu sentiam, aut audierim, quemadmodũ prophete sentierunt

runt

runt, quorum de numero tu me esse credis, sed com-
 perta certa q̄ loq̄mur, & quod vidimus in cœlo, hoc
 vobis testificamur in terris. Sed vos qui nōdum estis
 renati per spiritum, hęc spiritualia nō creditis. Credi-
 tis homini, de his quæ corporeis oculis vidit testimo-
 nium ferenti, & non creditis ei, qui cœlestis ipse cœle-
 stia vidit oculis spiritualibus. Vt certius sunt cœlestia
 quā terrestria, ita certius cernūtur ab eo, qui cœlestes
 habet oculos. Hęc autem dicebat dominus Iesus sub
 inuolucro, significans sibi diuinā esse naturam, quan-
 quam corpus mortale circumferret: atq̄ hoc testimo-
 niū quod ipsi tribuerat Nicodemus, veluti magnifi-
 cum, quod à deo missus esset, iuxta sensum illius, qui
 prolocutus est, longe esse infra ipsius dignitatem. Si-
 quidem Nicodemus nihil adhuc altius sentiebat de
 Iesu, nisi quod sic esset missus à deo, quēadmodū cæ-
 teri prophete legūtur à deo missi, & quēadmodū Io-
 annes missus erat à deo. Sed longe sublimius fili⁹ mis-
 sus erat à deo, qui semper fuisset apud patrē ante quā
 mitteretur, & iam tum esset apud patrem iuxta diui-
 nam naturam, qua non recedit à patre. Quoniam au-
 tem ad huius mysterii sublimitatē, quomodo in eo-
 dem diuina natura coniūcta esset cū humana, vt idē
 in terris ageret homo mortalis, & idem apud patrem
 esset deus immortalis, quæ hæten⁹ dixerat de renascē-
 do per aquam & spiritum, crassiora videri poterant,

f 3 subiecit

subiecit dominus Iesus: Si mihi terrena quædam, ad huc vobis prædicati, ob carnalē animi sensum nō creditis, quomodo credituri sitis, si prædicauero vobis ea quæ planè celestia sunt, quæ tñ ipse & vidi, & certius cognoui, quā quæ vos oculis corporeis videtis? Quis aut̄ hominū, aut angelorū tantus fuit, vt ascenderet in coelum, celestia cōtemplaturus, & ipsam diuinam naturā, vt est, corā aspecturus? Nemo prorsus ascendit in hoc coelum, nisi filius hominis, qui è cœlis descendit in terras, qui idem nūc iam versatur in cœlis, nunq̄ à diuinitatis cōtemplatiōe seclusus, licet interim humilis & obscurus videatur in terris. Sed ita visum est diuino cōsilio, dei gloriā per summā ignominia, & humilitatē declarare mundo, vt homines relicta falsa gloria, eadē via properent ad verā atq; æternā gloriā. Qd̄ si quis roget, quæ necessitas compulit Mosē dei filiū descēdere de cœlis, & in terris humilē & abiectum versari, nihil aliud ī causa fuit, quā summa charitas dei patris erga genus hominū, cui seruādo filiū suū vnigenitū tradidit in mortē, & mortē iuxta mūdi existimationem probrosam. Vnum impendere voluit omnium salutē. Nec hoc subitum aut nouū tibi Nicodeme videat̄. Hoc ip̄m est quod futurū adumbravit Mosēs, quū pereunte populo serpentium incurſu, serpētem æneū suspendit in stipite, vt quicumq; flexissent huc oculos suos, incolumes eēt a morſu letali.

Quem

Quemadmodū igitur æneꝰ ille serpens specimē quidem habens venenatæ bestię, sed adeo veneno carēs, vt alios etiā veneno tactos liberaret, suspensus est in deserto, quo cōspicuꝰ esset omnibꝰ ad salutē: ita oportet exaltari filiū hominis, vt omnes qui huc per fidē sustulerint oculos, à letifero peccati veneno liberentur vt nō solum Israelitæ, sed omnino quisquis hominū sincero pectore fiduciā in illo collocet, nō pereat peccato obnoxius, qđ mortē adfert eternā, sed per mortem vnius innocētis, vitam obtineat æternā. Huiusmodi quibusdā ænigmatis, dominus Iesus, assumpti hominis, & orbis per crucem redimendi mysterium aperuit, nondū licet earum rerū capaci, simul interim aperiēs, quantū interesset inter eos, qui legē carnaliter legerent, præter historiā nihil animaduertētes: & eos qui spiritus afflatu, de quo fuerat mentio, sensum arcanum sub scripturæ tectorio latētem perciperēt. Sed tamen hæc fidei semina, tum dominus Iesus iulcit in animū Nicodemi, vt post intelligeret hoc nō fortuito, sed diuino consilio gestum esse, atq; ita bonum semen exceptū in terrā bonā, fidei fructū produceret suo tempore, nō solum in eius pectore, qui hæc audiuit, verū etiam in omnium animis ad quos per Nicodemum referētem, hæc erant permanatura. Quis enim crediturus erat tantam fuisse dei charitatē erga mundū deo rebellem, & tot flagitiis obnoxium, vt nō solū

Sic em̄
deꝰ dile
xit mū
dum.

non vlcisceretur admissa scelera, sed filium etiã vnicũ
 è cœlis demitteret in terras, atq; hunc in mortem, &
 mortẽ crucis probrosissimã traderet, vt quisquis ho-
 minũ, siue Iudæus, siue Græcus, siue barbarus in hũc
 crederet, non periret, sed per fidem Euãgelicã vitam
 consequeretur æternam? Quanquam enim olim pa-
 ter per filium iudicaturus est vniuersum mũdum in
 aduentu postremo, tamen hoc tempore, quod clemẽ-
 tiæ datum est, nõ misit deus filiũ suum vt condẽnet
 mundum pro suis sceleribus, sed vt sua morte mun-
 do per fidem conferat salutem gratuitam, & ne quis
 sponte periẽs, haberet quod prætexeret suæ malicię,
 facilis aditus dat⁹ est omnibus ad salutẽ. Nõ em̃ exigĩ-
 tur, pro prioribus admissis satisfactio, nõ legis obser-
 uatio, non circuncisio, tantum qui credit illi, tutus est
 à condẽnatione, nimirum illud amplexus, per quod
 salus æterna datur omnibus, quantalibet peccatorum
 sarcina grauatis, si modo post Euãgelicam professio-
 nem abstineat à vitæ prioris flagitiis, & iuxta doctri-
 nam eius cuius nomen professus est, proficere nitat̃
 ad perfectam pietatem. Porro quisq; nõ credit Euãge-
 lio, tantam dei erga se charitatem contẽnens, & salu-
 tem gratis oblatam ab sese repellens, nihil opus ha-
 bet, vt à quoquam iudicetur, quum ipse palam con-
 demnet seipsum, & æternæ poenæ reddat obnoxium,
 hoc à se repellẽs, per qđ licebat assequi vitã æternã.

Deus

Deus per vnigenitū filiū suū salutem omnibus ob-
tulit, idq; per fidem, vt illum salutis authorem agno-
scamus ac veneremur, & in illo totius felicitatis no-
stræ fiduciam collocemus. Hoc qui recusat, & dei tā
obuiam bonitatem aspernat, & filiū quem pater ho-
norificari voluit, contumelia afficit, & mortem illius
pro nobis obitam, pro nihilo ducit, re nimirū ipsa
declarat sese dignū æterno supplicio. Quis enim nō
intelligit illū merito, & suapte culpa perire, qui volēs
ac sciens amplectitur id, per quod perit, & auersat id,
per quod salus poterat restitui? Error & peccata tene-
bræ sunt animorum, & peccata mortem gignūt eter-
nam. Filius dei lux est mūdi. Lux enim est veritas.
Huic credere salus est. Itaq; quū benignitate dei lux
venerit in mundum, ignorantia veri, & innumeris vi-
tiis caligantem, vt cognita veritate resipiscerent ac ser-
uarent, homines magis amarūt suas tenebras, quā
lucem cœlitus missam. Si perit ægrotus, qui medicū
cælat morbū, ne sanetur, nonne ipse de se pronūciat,
quod suo vitio perit? Sic homines mūdo dediti, lu-
cem oblatam auersabant, quod mala essent ipsorum
opera. Vt enim is qui rem dedecorosam patrat, no-
ctem amat, ac solem fugit, ne prodantur ipsius facta,
ita qui sibi male consciū sunt, oderūt lucem Euange-
licæ veritatis, per quā prodūtur ea quæ turpia sunt,
vt emendent. Neq; enim sanari potest, qui morbum
amat

Hoc est
aut iudi-
cium.

amat suū. Sibi displiceat oportet peccator, vt deo placeat. Cæterū cuius opera recta sunt, is amat solem, vt ex recte factis laudē inueniat. Ita qui sibi bene cōsci⁹ est, aut certe qui sanari cupit, nec dissimulat sua peccata (nam hæc quoq; veritas est, agnoscere tuum malū quod habes, & ambire bonū qđ nō habes) vltro se offert Euangelicæ luci, vt palā fiant ipsius opera, & quæ bona sunt, laudē habeāt, quia nō ex mundi spīritu, sed ex deo perfecta sunt: & quæ mala sunt, corrigantur. Cæterum, qui ex legis obseruatione sibi perfectam iustitiam arrogant, cum intus madeant vitiis animi: qui in philosophiæ præsidis, qui in huius mūdi cōmodis felicitatē cōstituūt, aut in magnis versantur tenebris, si hoc ex animo sentiūt, aut in maiorib⁹ etiam, si quod sentiūt esse malum, excæcati suis cupiditatibus mordicus tenent, & quod vident esse saluti ferū, pertinaciter auersantur. Huiusmodi mysteriorū femina quædam dominus Iesus recondiderat in petrus Nicodemi. Atq; hic est ille Nicodemus, qui post authoritate sua, patrocিনatus est Iesu, aduersus pharisæorū calūnias, dicens neminem esse condemnandū nisi perspectis ipsius operibus, quib⁹ mortuo sepulturæ officiū exhibuit. His igit̃ Euangelicæ gloriæ fundamentis iactis in Galilæa, & Hierosolymis, Iesus quo magis ac magis propagaretur, profectus est i terram Iudæam, cui nomen peculiariter inditum à Iuda tribus

Post
hęc veni
nit ies⁹
& disci
puli ei⁹

bus authore, vnde genus ducit & Iesus, atq; illic aliquādiu cōmorabatur cum discipulis suis, iisdem ini-
tiis exordiens prædicationem Euāgelicam, vnde cœ-
perat Ioānes. Prouocabat enim ad poenitentiam, &
baptizabat. Atq; id temporis baptizabat adhuc &
Ioannes. Nondum enim ab Herode coniectus erat
in carcerem. Baptizabat autem nō iam in Iordane, vt
solet, sed in obscuriore loco, cui nomen Aenon, non
procul à Salim, quod Syris sonat scatebras, vnde illic
baptizādis suppetebat aquæ copia. Eo loci multi se
conferebant, & ab Ioanne baptizabantur. Nonnulli
se cōferebāt ad Iesum, & à discipulis illius baptiza-
bātur. Atq; hinc inuidia orta quibusdam discipulis
Ioannis aduersus Iesum, quod cum ipse nuper bapti-
zatus esset à Ioāne, seq; veluti pro discipulo illi⁹ ges-
sisset, ac illius testimonio fuisset populo cōmendatus
nunc repente sese æquaret illi, imò se illi anteponeret,
cuius discipuli sibi fumerent, quod hætenus solus Io-
annes fecisset. Ac primū conati sunt populū à baptis-
mo discipulorum Iesu auertere, persuadere conantes
Ioannis baptismum efficaciorē esse peccatis abluē-
dis, quā baptismum Iesu. Id cum populo non per-
suaderent, adierunt Ioannem, querelam ad illum de-
ferentes, & existimātes illū indigne laturū, & aliquo
modo cohibiturū hanc æmulationē. Atq; hic huma-
nus affect⁹ discipulorū Ioānis, pfecit ad Christi glo-
riam &

riam, & euidentius etiam Ioannis de Christo testimonium elicuit. Deferunt autem rem his verbis: Magister, is qui nuper apud te fuit, cum baptizares iuxta Iordanem, & abs te baptismum suscepit, quem quæ tuo testimonio ornaras apud multitudinem, cum omnibus esset ignotus, nunc idem sibi sumit quod tu palam baptizans, atque omnes ad illum confluunt: ita futurum est, ut per illum authoritas tua obscuretur. Hæc discipuli Ioannis, studio quodam humano cupientes sui preceptoris gloriam in dies augeri, & hac gratia Christo inuidentes, cuius authoritas videbatur offectura Ioannis opinioni. Hæc cum audisset Ioannes, sic discipulorum suorum prauo affectui mederi studuit, ut ostenderet sese non solum non ægre ferre, quod Iesu gloria indies crescens, suam obscuraret, verum etiam vehementer gaudere. Se munus delegatum expleuisse, nunc adesse Christi tempus, qui longe sublimiora prestaturus esset. Respondit igitur hunc in modum: Quid humano affectu vultis in me gloriari? An postulatis ut meipsum maiorem faciam, quam sim? Non potest homo quicquam accipere, nisi fuerit ei datum coelitus. Hæc enim non geruntur humanis præsiidiis, sed authore deo. Quod muneris ille mihi delegarat iuxta modum meum, id bona fide peregi. Precursores gessi: prouocaui ad penitentiam denuncians instare regnum dei. Aquæ baptismo preparauit multos ad baptismum spiritus & ignis: indicaui,

caui,

caui, quem posthac oporteret sequi, & vnde perfectā salutem petere. Si mea valet apud vos authoritas, cur meis dictis fidem non habetis? Ipsi testes estis, quod non semel palam professus sim, me non esse Christū, quem multi putabant esse, nec in aliud esse missum, quā ut præcurrens illi venienti viam præpararem. Famulus illius sum, ille dominus est omnium. Quod si ille iam innotescit mundo, suaque gloria meā obscurat, gaudeo meum testimoniū verum esse. Nam illud vni ce erat in votis, vt huc proficeret meus famulat⁹. Quē admodū enim ei debetur sponsa, qui vere sponsus est, ceterum qui sponsus ipse non est, sed tantum amicus sponsi, non inuidet sponso suam felicitatē, neque præripit illi sponsam suam, sed gratulatur ei, cui fatiet ex animo, & astat illi tacitus, magnoque animi gaudio audit sponsi vocem, cum spōsa colloquentis, ita ego cui nihil erat optatius, quā vt ille tātus agnosceretur esse, quantus est, & ego desinerem maior videri, quā essem, gaudio perfundor, intelligens rem bene succedere. Illum qui hactenus lōge minor habitus est, quā est, oportet crescere, me qui maior habitus sum, quā eram, decet minui. Sic expedit hominū salutē, & meā opinionem obscurari, & illius gloriam indies augefcere, & à me desciscere discipulos, & ad illum demigrare, ad cuius potentiam mea diluta est, & inefficax, tantoque inferior baptisimus, quanto est ignis aqua potentior.

tentior. Aequū est terrena cedere cœlestibus, humana diuinis, imperfecta perfectis. Qui è terra profectus est, terrenus est, ac terrena humiliatq; loquitur. Quid enim aliud potest homo, q̄ humana loqui? Ceterū, is qui è cœlo profectus est, superat omnes, etiam quālibet magnos homines. Nos tenuē aurulā cœlestiū rerū hausimus, & vt possumus testificamur. Cæterum ille, quod in cœlis vidit & audiuit apud patrem, certissima fide apud homines testificatur. Ac me tanto inferiorē mirantur homines, illius testimoniū vix quisquā recipit: meū qui famulus sum, de illo testimoniū requirūt, & illius de patre testimoniū reiiciūt. Et tamē si quis mihi diffidit homini, si quis non credit illi, qui filius est vnicus facit deū mendacē. Iudæi patrem adorant, & filium ab illo missum afficiūt cōtumelia, sed omnis in filium cōtumelia, recidit in patrē. Quisquis igitur accipit testimoniū filii, is credēs filio, certo cōfirmat deū esse veracē, qui loquitur in filio. Filius enim qui missus est à patre, nō loquitur humana, sed verba dei. Locutus est deus & per prophetas, & vniciq; pro suo modulo spiritū suū impartit: sed huic vnico filio suo, nō dedit deus spiritū suū ad certū modū, sed totā plenitudinē sui spiritus effudit in eū, adeo vt nihil habeat pater, quod huic desit, & quicquid huic detraxerit hominū incredulitas, id pater sibi detractū putet. Pater enim filiū vniciū vnice amat, ac rerū omnium summam tradidit

Qui autem accipit eius testimoniū.

tradidit illi in manū, nō se spoliās sua potētia, sed huic eandē quā habet virtutē communicās. Quicquid autē cōferre voluit humano generi deus, hoc per filiū largiri voluit. Offert autē omnibus rem non mediocrē. Offert enim vitam æternā, sed per eum, qui solus est fons vitę eterne. Sed huius tam eximii muneris se red dit incapacē, qui recusat accipere. Recusat autē qui nō credit filiū posse largiri quod pollicetur, simulq; mendacii patrem insimulat, qui per filiū vana polliceatur. Magna est igitur merces credulitatis, & atrox damnū incredulitatis. ~~Et tenet quisquis fiduciam suam ponit~~ Qui credit i filiū ha bet vi tam.

~~in filio, tam habet filium;~~ quisquis habet filiū, habet vitam eternam. Contra, qui diffidit filio, quoniā ipse sibi velut oculos occludit, ne lucem aspiciat, non vide bit vitam, quoniam hęc lux vita est hominū, sed ipse permanens in peccatis suis, manet obnoxius vltioni diuinæ, hoc est, æternæ morti.

CAPVT IIII.

ATQVE huiusmodi dictis Ioannes discipu-
lorū suorū immodicū erga se studium, & ma-
lignam de Iesu opinionem castigauit, tacite prouo-
cans eos, vt se neglecto iam illum sequerentur, vnde
omnibus petenda essent omnia. Vt igitur cognouit
Iesus, quem nihil omnino fugiebat, sibi quoq; conti-
gisse quod inter homines solet euenire, vt gloriam co-
mitem inuidia, iamq; hoc male habere pharisæos, qđ
plures

plures alliceret discipulos, & plures ad ipsi⁹ baptismū confluere, quā ad Ioannis, tametsi Iesus ipse non baptizabat, iā tum ostendens præclarior esse munus euangelizādi, quā baptizandi, sed discipuli eius: & hoc magis vrebantur, quod tātum sibi fumerent huius discipuli, quantū vix ferebant in Ioāne, cui tribuebant plurimū: partim ne magis exacerbaret illorū inuidiam, si illis veluti contemptis, illic diutius fuisset cōmoratus: partim vt iā tum præluderet futurū, vt Euāgelii gratia, à Iudæis repulsa, ad prophanos populos deferretur, relinquit Iudæā, iactis illic Euangelicæ doctrinæ rudimentis, & reuerti parat in Galileam, vnde venerat. Sed interim erat illi eundem per Samaritaniam, quā olim prophanæ gentes expulsis Israelitis occupant inductis in eam conuenis hinc atque hinc contractis. Hi tandem in multis afflictionibus eruditi diuinitus, aliqua ex parte Iudæorum religionem amplexi sunt: deum vnum colere cœperunt, licet ritu diuerso, & ad Iacob Abrahamæ nepotem genus suum referunt, quod is habitauerit olim apud Chaldæos. Solius Moysi libros recipiebant, prophetas non admittebāt. Nomen autem genti inditum à mōte Samor. In hos igitur atrox ac publicum odium erat gentis Iudaicæ, ob memoriam per vim occupatæ regionis, & incolarum sedibus suis eiectorum, ritusq; in plerisq; diuersos. Sic enim receperant Moysi legem, vt veteris superstitionis superessent

superessent multa vestigia. Quū igitur venisset ad Samariæ ciuitatē, quæ dicta est Sichem, ac deesset cibus, nam discipuli tātum inhiantes domino de comineatu non prospexerāt, ipse quidem Iesus nō ingressus mediam ciuitatem, ne Iudæis probabilem calumniandi causam præberet, quod Israelitis neglectis, sese transferret ad gentes prophanas & impias, quemadmodum post grauis conuicii loco Samaritanum, & dæmoniacum appellabant, discipulos passus est abire in ciuitatem, emendorum cibariorum gratia. Ipse solus ibi cōmoratus est, partim vt reditum suorum opperiretur, partim ne deesset occasione miraculi. Nouerat enim quid esset euenturum. Erat autem illic prædium quod dederat Iacob Ioseph filio suo. Locus erat sacer ac celebris apud Samaritanos, ob veteris historiæ memoriam, quod illic Leui & Simeon, magna strage incolarum vlti fuissent contumeliā Dinæ constupratæ. Erat inibi fons quoque, vel ob hoc celebris apud eam gentem, quod eum Iacob, quo, vt dixi, generis authore, gloriantur Samaritani, fodisset eum. Iesus igitur è longinquo fessus itinere, quod pedes, non equis aut vehiculis confecerat, nobis iam tum exemplum præbens, qualem oporteat esse Euangelii præconē, sedebat illic, vt se dabat locus, fonti imminēs, ac velut ex aura fontis, refocillationē captans. Erat autem hora fermè sexta, iuxta Iudæorum supputationem, cum iam sol ver-

g gens

gens ad meridiem, estu suo laboris molestiam conduplicat. Atque his indiciis Iesus declarabat se verum hominem esse, iisdem affectionibus obnoxium, quibus obnoxia sunt corpora ceterorum hominum. Interim egressa est mulier quaedam Samaritana, ut ex eo puteo, cui affidebat Iesus, hauriret aquam. Cui Iesus ut statim colloqui praeberet argumentum, & ex hoc ipso quod agebat mulier, venaretur illam ad salutem, dicit illi: Mulier da mihi bibere. Commodum autem interim abierant apostoli, quod Iesus illi quaedam arcana dicturus esset, quae apud alios dixisse, petulantiae videri poterat. Qua quidem in re dominus Iesus, civilitatis & mansuetudinis exemplum exhibuit Evangelicis doctoribus, qui peccatricis, & non vni prostitutae pudicitiae mulierem adeo non dedignatur alloquio suo, ut etiam pudori impudicę solitudine consuluerit. Mulier e cultu linguaque deprehendens Iesum esse Iudaeum, nec ignara quantopere Iudaei soleant abhorrere a commercio Samaritanorum, adeo, ut occursum quoque, & colloquio se putent contaminari, admirata, quod & ultro compellaret, & potum ab ipsa peteret, respondit: Qui fit, ut tu Iudaeus cum sis, quemadmodum e sermone cultuque conicio, praeter Iudaeorum morem, a me muliere Samaritana poscas potum, cum soleatis vos Iudaei, a commercio Samaritanorum abhorrere, nephas esse ducentes, si quid habeatis consuetudinis nobiscum? Iesus autem

autem, qui nō tam sitiebat aquam illam, tametsi vere iuxta carnis naturam sitiebat, quā animarū salutē, sensim pellicit mulierculā ad cognitionem Euāgelicæ gratiæ, respondens hunc in modum per enigma, quo magis accenderet in illa discendi studiū: Si nosse quā eximium sit donum quod nunc vobis offert deus, & si nosse eum qui nunc aquæ potū abs te petit, tu potius petisses ab eo, & is dedisset tibi longe potiolem aquam ista, videlicet aquam viuam. Hoc quū esset dictum de spiritu quem hausturi erant credentes Euāgelio, mirum non est, si muliercula Samaritana nō intellexit, quum Nicodemus & Iudæus & rabini non potuerit assequi quod aliquāto clarior dixerat Iesus de renascēdo è supernis. Quin ille crassius etiā respōdit, quā hæc mulier. Nunquid, inquit, potest homo iterū in ventrē matris introire, cū sit senex, & nasci denuos? Hęc autem quum magnificum quiddam concepisset ex eo quod dixerat Iesus: Si scires donū dei, & si nosse quis esset, & daret aquam viuam, non indigne tulit contemni puteū Iacob, de quo religiose sentiebat, nō irrisit magnificam orationem & hospitis, & ignoti, & Iudæi, sed discere cupiens, quid esset hoc, quod ceu nouum ac præclarū ostentabat, honoris gratia dominū eū appellat, vt iam non humili de illo cōcepta opinione. Atq; interim hoc mulierculæ Samaritanæ exēplū dispēfatione diuini cōsiliū procuratū est, ad coarguēdā

ac traducendā Iudæorum peruersitatem, qui in tantū non præbebant se dociles domino Iesu, vt beneficia quoq; illius, & salutarem doctrinam impie calumnia rentur: quum hæc muliercula ciuilitate ac mansuete responderit ad omnia, doceri gestiēs, adeo vt in æstu cōmorans, & oblita eius rei, cuius gratia venerat, penderet ab ore ignoti hominis & alienigenæ, de quo nihil adhuc præclari audierat. Domine, inquit, Tu mihi polliceris aquam, hac præstantiorē. Atqui, ne vas quidem habes quo haurias aquam, & puteus profundus est. Vnde igitur suppetit tibi aquæ viuæ copia, quam promittis? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, quem & vos veneramini. Is nobis ceu præclarū munus dedit hunc puteum, & adeo non contempsit hanc aquam, vt ipse ex ea bibere sit solitus, & tota familia eius, vnā cū pecoribus. Iesus videns docilem esse mulierem, quæ non magum suspicata est aut incantatorem, sed magnum aliquem virū, quem cum Iacob, de quo magnifice sentiebat, conferendum putaret, nō dedignatur illam paulatim allicere ad maiorem sui admirationem, ostendens aquam esse spirituales, de qua loquebatur, quæ nō reficeret pecora, sed animas. Qui biberit, inquit, ex hac aqua, quā vobis dedit patriarcha Iacob, ad breue modo tempus sitim corporis sedat, mox recursurā. Cæterū vt intelligas quāto magnificētius sic hoc donū dei, de quo locutus sum, dono Iacob: quātoq;

quātoq̄ p̄stātior aqua, quā ego polliceor, ista aqua q̄
 scatet ē terræ venis. Si quis biberit ex hac aqua, quā
 illi, si desideret, daturus sum, nō sitiet in æternum: nec
 vnquam postea siti periclitabitur, nec subinde aliūde
 petenda erit aqua, sed semel hausta permanebit in eo
 qui bibit, & in eo gignet fontem perpetuo scatētem
 vsq̄ ad vitam æternam. Hæc per ænigma dicebat Ie
 sus, sciens mulierem nōdū capacem mysterii de fide,
 per quam datur spiritus, qui semel acceptus, nūquam
 deficit, sed vsq̄ proficit, donec prouehat hominē ad
 vitam æternam. Tanta erat autē mulieris simplicitas,
 vt quum iudæi soleant huiusmodi parabolas sinistre
 interpretari, illa non intelligens quid esset dictū, ta
 men credens & amans diceret: Domine, impartī que
 so mihi istam aquam, ne subinde recurrente siti co
 gar hunc adire puteum, & haurire. Hęc quanquā erat
 crassa responsio, tamen animum arguebat ad creduli
 tatem pronum. Proinde quoniam iam nō humilem
 opinionem conceperat de Iesu, maioribus suæ diuini
 tatis argumentis prouocat vt magnificentius etiā de
 ipso sentiat. Iesus igitur veluti nō cōmunicaturus rē
 tantam, nisi marito præfente, iubet vt virum suū ac
 cerfat: atq̄ illo comitata mox ad se redeat. Hoc audito
 mulier existimās sese apud hominē tantū loqui, mu
 liebrī pudore cupiēs dissimulare turpitudinē suam:
 Dñe, inquit, virū nō habeo, inficians matrimonium,
 g 3 sed

sed dissimulans stuprum. Hic Iesus & suam declarans diuinitatem, & mulieris vitam comiter arguēs: Recte, inquit, dixisti tibi nō esse virum. Etenim quum quinque viros habueris ad libidinem, nullum tamen habuisti legitimum: atque hic ipse quem nunc habes, nō est vir tuus legitimus. Nihil igitur hic mētita es. Mulier ubi sensit vitæ suæ domestica probra nō latere Iesum hospitem & iudæum, qui quod narrabat ex hominū narratione scire nō poterat, nō resilit ab illo pudefacta, nō irritata regerit contumeliam, sed magis etiam in illius admirationē inflammatur: quum si quid tale Iesus dixisset pharisæis, clamaturi fuerint: Magus est, & dæmoniū habet. Quid autē hæc pia peccatrix Samaritana? Dñe, inquit, vt video, propheta es tu. Huc profecit mulieris credulitas: primū Iudæū duntaxat appellat: miratur nō perinde tenacē religionis Iudæicæ, quod præter aliorum morem à Samaritana postulari potum. Mox dominum appellat. Nunc prophetici tituli honorem tribuit, quod ex sese nosset aliorū arcana. Moxque omisso de rebus humilioribus sermone, cupiens è propheta sublimiora quædam discere, proponit quæstionē velut inexplicabilem de ratione adorandi deum: quod hic longe diuersum sentirent iudei & Samaritani. Quum enim vtraque gens deū eundē adoraret, tamen iudæi contendebant deū nusquā adorandum, nisi Hierosolymis in tēplo, quasi deus alibi non

nō audiret vota precantium. Contra Samaritani simili, sed diuersa superstitione, negabant deum vsquam adorandum, nisi in monte Sarizim, quod is locus à Mose decretus esset, vbi patriarchæ benedicerent populo, seruanti præcepta dei. Quum aut vtraq; gens suis ritibus delectata, alterius religionē contemneret, mulier velut è propheta talium rerum nō ignaro cupit discere vtrius nationis sanctior esset cultus, quasi sequutura quod melius cognouisset. Ait itaq;: Maiores nostri in hoc monte soliti sunt adorare, nec alibi fas esse putant deū colere, quum vos iudæi cōtra dicatis abominandū in excelsis ac lucis imolare, nec alibi fas esse adorare deū, quā Hierosolymis in templo, quo gloriantur illi, quasi deus ædificio manib; facto cōcludatur. Hęc mulieris interrogatio, qm̄ ad veram pietatē discendam pertinebat, Iesus aperit illi, prodito per Euangelicā doctrinā vero, & spiritali dei cultu, prorsus abolendam gentium superstitionem deorum ac demonū religionē, abolendū & Samaritanorū cultum, qui nec de deo sentiret, vt oportet, sed ceu præcipuū quendam dæmonē crederēt, & huius cultui dæmonū cultū admiscerēt, gentiū impiam superstitionē dei cultui velut ignē aquæ cōfundentes, & ad illorū exemplum in lucis ac montibus sacra peragentes, & Iudæorum religionē, quæ pro temporis ratione fuerat haustus crassa & carnalis: atq; vmbra modo quasdā

veræ pietatis habebat verius quã pietatem ipsam in melius profecturam, & posthac deũ plenius cognitũ per filium & spiritum sanctũ, non solũ in Iudæa, sed toto terrarum orbe colendũ: idq; in sacratoribus tẽplis, quã erat illud Hierosolymitanum, videlicet in puris hominum animis, quos ipse deus sibi suo spiritu consecrasset: nec iam nidore pecudum deliniendũ, sed sanctis precibus, sed piis votis, sed castis affectibus. Verum hoc Evangelicæ pietatis mysteriũ aperturus, præfatur fidem, sine qua nullus est idoneus auditor Evangelicæ doctrinæ, nec idoneus cultor Euangelicæ religionis. ~~Fides enim sola perficitur, red~~
~~ditq; idonea, quibus credantur philosophis celestis~~
 Mulier crede mihi. ~~apostolus.~~ Mulier, inquit, fidem habe mihi, si vere prophetam existimas iam adesse tempus, quando & Samaritanorũ impurus cultus abolebitur, & Iudæorũ carnalis religio transferetur in melius: neq; posthac adorabitis patrẽ in hoc monte, q nō solũ huius montis deus est, sed totius orbis: neq; Hierosolymis, sed vbicunq; erit piorum hominũ congregatio, ibi futura est Hierosolyma. Nos interim vobis in hoc præstamus, qd̄ deũ per legem cognitum adoramus, quẽ confitemur omniũ rerũ ac gentiũ dominũ, nec illius qui solus adorandus est, cultũ aliorũ deorũ cultu contaminamus. Vos adoratis, quod nescitis, existimantes deum nō esse deum, nisi Iudæorum ac vestrum: &

& talem vt dæmonum admittat consortium, cui soli debentur diuini honores. Hæc Iudæos docuit lex, & vnus dei cultui templū ipsius iussu cōstructū est Hierosolymis, quod templi spiritualis haberet imaginem. Instituti sunt sacerdotes: ad hæc sacrorum ritus velut vmbriis quibusdam designantes Euangelicam pietatem. Hoc igitur vobis præstamus Iudæi, quod melius quā vos de deo sentimus, quod illius cultum nullo prophano; deorum cultu contaminamus: quod in loco ab ipso deo præscripto, quod ritibus ab eo traditis illum colimus. Quanquam hæc interim religio, tametsi perfecta non est, tamen ad perfectam pietatem gradus est. Et iccirco salutis initium à Iudæis profectum est, qui per prophetas tenēt promissa venturi Messia: qui per legem tenent figuras & vmbas Euangelicæ pietatis. Nunc tempus est, vt falsa religio gentium cedat, & carnalis cultus cedat spiritali, & vmbre legis cedant Euangelicæ luci. Iā enim, inquā, instat tempus, imò iā adest, quādo veri adoratores patrem adorabūt, nō in templis, nō pecudibus, nō rebus corporeis, sed spiritu: non vmbriis, sed veritate.

~~Deus enim quæ spiritus sit, non delectat puritate corporali, nec templorum parietibus, nec pecudum victimis, sed spirituales adoratores amat, à quib9 adoretur iuxta spiritū ac veritatē. Hactenus enim satis vmbriis ac figuris Mosaicæ legis datū. Posthac vbiūq; mēs erit~~

erit, per fidem Euangelicā à vitiis pura, ibi templum erit deo dignum: vbicunq; vota coelestia, preces puræ, cogitationes sanctæ, ibi victime, quib9 litatur deo. Hoc Iesu sermone tantum profecit simplex & patiens mulieris credulitas, vt quē prius iudeum, mox dominū, deinde prophetam appellarat, nūc ipm Messiam esse suspicetur. Nam & Samaritani ex Mosi promissis prophetam illum eximium expectabant, è iudæis exoriturum. Itaq; respondet hunc in modum: Scio Messiam venturum, quē expectant Iudæi, de quo sã apud iudeos rumor est. Is igitur vbi venerit, explicabit nobis hæc omnia, quæ de nouo dei cultu dixisti, neq; quicquã nos patiet̃ ignorare. Iesus vidēs mulieris docilem credulitatē, & ardens cognoscendæ veritatis studium, quale nō reppererat in suis Iudæis, dignat̃ illi aperire quis esset. Expectas, inquit, Messiam venturū, hunc scito venisse, iamq; vides illum, nã ego sum, qui loquor tecum. Simulq; his dictis aderant discipuli redeuntes ex oppido, & prius quã accederent, conspicati illum cum muliercula Samaritana colloquutum, mirabantur tantam illius humanitatē. Nemo tamen ausus est illum interrogare, quid rei peteret à muliercula, aut qua gratia cum illa colloquutus esset. Porro mulier stupefacta sermone domini Iesu, nihil quidē respondit, sed relicta apud puteum hydria, iam enim aquæ sitis exciderat gustata aqua, quam promiserat

Christus,

Christus, properat in ciuitatē, & ex Samaritana peccatrice, subito facta est apostola, narrat palam omnibus, ut plurimum cōsciētia suā fidem confirmaret. Venite, inquit, & videte hominē admirandū, & occultarum rerū consciū: qui quū hospes sit, & nunquam mihi visus, tamē narrauit mihi secreta oīa quæ fecerī. Fieri potest, ut is sit Messias. Nolite fidere dictis meis ipsi potius facite periculum, & me nō vanam esse cōperietis. Hunc rumorem dum mulier spargit inter ciues Sichar, interea discipuli suspicantes Iesum iam fame cruciari, inuitant ut cibum caperet, quem emerāt. Iesus autē ubiq; captans occasionē, homines a corporalium rerum cura ad spiritalium studiū euehēdi, quemadmodum mulierē ex mentione aquæ pellexerat ad cognitionē Euāgelicæ fidei, ita discipulos adhuc rudes ex occasione cibi, puocat ad studiū Euāgelizādi: & tum forte nō sitiebat aquā putei, & si sitiebat magis sitiebat hominū salutē: & tamē ex affectu mulieris quæ venerat aquam haustum captata est sacri sermonis occasio. Ita tametsi tunc esuriret secundū carnis naturā, tamē maior quædā fames habebat illum, seruādi generis humani, cuius gratia venerat e cœlo. Discipulis igitur ad corporis refectiōnē iuitātib;: Mihi, inqt, aliū est cib; quē edā, quicq; mihi magis est cordi, q̄ iste quē vos adfertis. Hoc dictū qd sibi vellet, admirātes discipuli, nec audētes tamē iterrogare

gare pro reuerentia præceptoris, ne quid offenderet inter se loquebantur: Quid hoc sibi vult? An interim dum nos abfuimus, alius quispiam attulit ei cibum? Iesus autem quo magis infigeret in animos eorū qđ prius obscure dixerat, dicit apertius: Me, inquit, leuissime mouet iste cibus corporum. Est alius cibus qui mihi præcipue curæ est, nimirum vt perficiam id, cuius gratia me huc misit pater cœlestis, hæc est mea famemes, hæc est mea sitis, vt obeam quod ille mandauit. Tempus vrget, & hominum pronæ mentes ad Euangelicam fidem flagitant operā prædicatorū. Si vos qđ rei corporū studetis, nostis instare metendi tempus postqđ a semēte facta quatuor menses p̄terierint, quāto magis oportet nos non negligere spiritualis nostræ messis tempus! Quēadmodum autem ipsa seges iam flauescēs falcem, & messorum operam quasi flagitat: ita si sustuleritis oculos vestros, & obseruaueritis humanarū mētū segetem, etiā apud Samaritanos & ethnicos properantium ad Euangelicam doctrinā, intelligetis regiōes vndiqđ velut albescere ad messem Euangelicam, & operam ac studium nostrum flagitare. Quod si fructus spes facile prouocat messorum ad operam, quanto magis oportet nos alacres esse ad hanc messem patri colligendam, quæ & messori præmiū in cœlis amplissimū parabit, & deo colliget, nō triticum in horrea, sed animas hominum in vitam æternam.

æternam. Atq; ita futurū est, vt pariter gaudeat, & qui sementē fecit, & qui metit. Nam vobis vsu venit, quod vulgato prouerbio dici solet, alium esse qui ferit, aliū qui metit. Plus est sudoris in semente, quā in messe. Proscindenda tellus, rastro sarculoq; cōminuendę glebæ, lætamine stercorandus ager, iaciendum semen, occandum, ac tuendum, reuellenda zizania. Cæterū vbi iā seges maturuit, non magno negotio demetitur. Paratus autem ipse fructus lenit laboris tēdium. Cæterū hic secus accidit, quā in messe corporali. Nam illic quoties iuxta vulgi prouerbiū, ad alium deuenit fructus messis, quā ad eum qui sementem fecerat: gaudet quidē messor, sed discruciatur seminator. Hic contra fit. Nam simul gaudet, & qui semētē fecit, & qui messem colligit, neuter em̄ caret fructu suo. Ego vos misi ad metendum segetem, in qua vos nō laborastis. Prophetæ suis laboribus subegerunt arua, & mundum adhuc intractabilem sua doctrina præpararunt Euangelio: vos nunc in eorum laborem succeditis, & rem paratam aggredimini, mundo iam vltro se præbente cœlesti doctrinæ, & mortalibus in regnum cœlorum vel per vim irrūpere conantibus. Dum huiusmodi sermonibus dominus Iesus cohortatur suos discipulos ad negocium Euangelicum, res ipsa declarat esse verū, quod dixerat de messe iam albescente. Nam in ciuitate multi Samaritani crediderant venisse Messiam,

ἄλλοι
μὲν
σπεί=
ρουσιμ,
ἄλλοι
δὲ ἀμή=
σονται.
recense
tur & i
ter Gre
corū p
uerbia.

siam, quum illa nihil aliud esset testificata de Iesu, nisi quod aperuisset sibi occulta vitæ dedecora. Ceterum, nec ipsum loquentem audierant, nec vllū viderant ex eo miraculū. Tam prona erat etiam eorū credulitas, qui videbātur à prophetarū promissis alieni. Procurrit igitur multitudo Samaritanorū è ciuitate, vt oculis cernerent, de quo tātō affectu prædicauerat muliercula. Nec minuit opinionem præsentia, nec offenduntur humili cultu, raroq; & tenuiū ac idiotarū discipulorū comitatu, quū Iudæa tot visis miraculis, tot sermonibus auditis, tot beneficiis affecta, vel calumniarentur illum, vel conuitiis incesserent, vel saxis eicerent. Deniq; Samaritani ad mulierculæ testimonium, obuiam procurrūt non suæ gentis homini, quem nō dum loquentem audierant, à quo nihil præclari gestū viderāt: & precibus inuitant, vt vrbis suæ hospitio dignaretur vti. Quid autem clementissimus Iesus? Nouerat Iudæorū inuidiam, nouerat odium in Samaritanos, & nondū aderat tempus, vt illis ob inuincibilem incredulitatem repulsis, Euangelii prædicatio demigraret ad gentes. Proinde sic temperauit negocium, vt nec probabili quapiam specie præberet suis occasionem querendi se spretos ab eo, sibiq; antepositos Samaritanos, quū prophetia promiserit Messia ipsi venturum esse, nec Samaritanorū piam credulitatem omnino destitueret. Nam quod per Samariam fecerat

iter,

iter, necessitatis erat: quod ab ipsis rogatus commoratus est illic biduū duntaxat, humanitatis erat, quā nemo poterat calumniari. Iamq̄ audito Iesu, multo plures illi crediderunt, & eorū credulitas confirmata est, qui ex mulierculæ verbis præclaram opinionem conceperant de Iesu. Iamq̄ plenum & vero Iudæo dignū testimonium ferunt de Iesu, dicentes mulieri: Tu parcius de illo prædicaras, quā res habet. Nos enim iā non tuis verbis adducti credimus hunc esse Messiam, sed ipsū ex eius sermonibus admirandis certum habemus, quod hic est vere Messias ille Iudæis expectatus, qui salutem adferet non Iudaicę genti tantum, sed toti mundo. Hoc tam alacri, tamq̄ pleno testimonio Samaritani & suam declararunt credulitatem, & Iudæorum impiam incredulitatem coarguerunt. Iesus igitur ne Iudæis daret odii maioris & invidentię materiam, nullum miraculum ædidiit apud Samaritanos: nec nisi obiter ac rogatus ad eos diuertit, nec nisi biduum illorum hospitio est usus, sed mox institutum iter peragit, ac proficiscitur in Galilæam. Porro quū hic haberet obuiam patriam suam, non tamen eò deflexit: non quod eam contemneret, sed q̄ ob contemptum & incredulitatem suorū, quibus secundū carnē erat notus, & cognatus, non speraret aliquem Evangelii fructum, & prædicatio crimen incredulitatis cōduplicasset. Nunc enim leuiore culpa diffidebant do-

ctrinæ

IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

trinxæ Iesu. Rogatus autem dominus, quare non se
 conferret ad suos, ostensurus quantus esset, vsurpauit
 illud tritum vulgî sermone prouerbium: prophetam
 nusquam esse contemptū, nisi in sua patria, & inter co-
 gnatos suos. Sic enim est affectus hominū, vt familia-
 ritas contēptū pariat: & pleræq; res illis non ob aliud
 in precio sint, quàm quod è longinquo venerint. Cæ-
 terum quū in Galilæa iam ob Ioannis testimoniū ac
 miraculum, quod illic nuper ædiderat, rumor satis ho-
 nestus de illo sparsus esset, quū eò venisset, exceperūt
 eum Galilæi: præsertim quod Hierosolymis vidissent
 eum eiicientem ementes ac vendentes è templo, cæte-
 raq; quæ illic tum teste populo magna cum authori-
 tate gesserat. Nam & hi Galilæi tum conuenerant Hie-
 rosolymā ad diem festum. Nimirum hæc omnia con-
 demnant incredulitatem pharisæorum, & Euangelicā
 gratiam ad gentes demigraturam præludunt, Samari-
 tani ad prædicationem mulierculæ credunt, alienige-
 nam ad hospitium pertrahunt, Messiam mundi q; li-
 beratorem profitentur, quum nullo miraculo eos fuisset
 dignatus Iesus. Galilæi crassa & legis imperita na-
 tio, apud quam nullus vnquam extiterat propheta, vi-
 sis miraculis credere cœperūt. Hierosolymitani, sacer-
 dotes, Pharisei, & scribæ, qui videbantur & religio-
 nis apicem tenere, & legis peritia præcallebant, tum
 facta, tum dicta Iesu peruicaciter calūniabantur. Itaq;

quo

quo quisq; sibi videbatur esse iustior, ac religiosior, hoc lōgius aberat ab Euāgelica pietate: & quo quisq; videbatur iuxta iudicium humanum lōgius abesse à prophetarum ac legis cognitione, quæ Christum promittebat, quoq; magis alienus à religiōe, hoc erat ad Christum, quem lex promiserat propensior, ac doctrinæ Euangelicæ capacior. Itaq; Iesus Galilæam ingressus, recepit se in Canam Galilæę, vbi ante dies aliquot verterat aquam in vinum. Id miraculum initio paucis cognitum, post populari rumore diuulgatum, nō nihil bonæ opinionis conciliauerat Iesu, sed tamen quæ non responderet ipsius dignitati. Perpauci enim credebant illum esse Messiam, pleriq; prophetam esse suspicabantur. Canam igitur repetebat Iesus, non vt ex miraculo illic ædito laudem aucuparetur, sed vt ex ea semente quam occulte fecerat, nunc messē aliquam meteret. Hoc enim erat quod ille sitiebat, hominum fidem Euangelio dignam. Et hic rursus exortū est argumentum, Iudæis suam incredulitatem exprobrandi. Erat enim id temporis in Galilæa regulus quidam, prophanum aliquem Cæsaris nomine magistratum gerens, nec Iudæus, nec Samaritanus, sed ethnicus, & ab omni religione Iudæorū alienus. Huic erat filius vnice charus, qui periculose ægrotabat in ciuitate Capernaum. Is cum audisset, quod Iesus relicta Iudæa se reciperet in Galilæam, ipse profectus è ciuitate

h Capernaū

Capernaū domi relicto filio, venit ad eū, precibus ab eo contendens, vt vnā secum proficisceretur Capernaum, ac sanaret filium ipsius. Maior enim erat morbi vis, quā vt ad Iesum ægrotus deferri potuerit. Iam enim coeperat agere animā, quum abiret regulus. Porro Iesus indicans adhuc imperfectā esse reguli fidem, qui nondum crederet filium sanari posse, nisi Iesus eo se contulisset, quasi medicum accerferet, aut quasi non posset, & mortuo vitam restituere: sed magis arguens quorundam Iudæorū incredulitatem, qui nec miraculis visis crederent, ait regulo: Illorum, inquit, fiducia mihi gratissima est, qui nudo sermone, nullis miraculis confirmato credunt. Vos mihi non creditis, nisi videritis signa & prodigia. Regulus vt erat totus intentus periculo filii morientis, nihil ad hunc sermonem domini Iesu respondet, quod existimaret huiusmodi colloquio tempus eximi, quū morbus posceret præsens remediū. Urget igitur, vt properet venire Capernaum prius quā moreretur filius, quasi frustra venturus, si post exhalatam semel animam venisset, quum nihilo difficilius esset Iesu, animam semel elapsam reuocare, quā exire parantem in corpore retinere. Iesus itaq; nō obiurgata fide reguli, re ipsa ostendit se longe plus posse quā ille se posse confideret. Nihil, inquit, opus est, vt hac gratia me conferam Capernaum. Abi, iam filius tuus, quem morientem reliquisti,

quisti, viuit ac valet. Hoc dicto nonnihil confirmata est reguli fides. Nam is fretus sermone Iesu, domum properat. Quū autem eò proficisceretur, occurrerunt illi serui, rem lætam nūciaturi patri de filio, quod modo morti proximus, subito reualuisset, ne iam sollicitaret Iesum, cuius opera nihil esset opus. Suspiciabantur enim puerum casu quopiam conualuisse, ignari quid actum esset inter regulum & Iesum. Hic vero diffidentia reguli mixta fiducia, fidem asseruit miraculo. Regulus enim certum scire cupiens, casū ne, an virtute Iesu reualuisset filius, sciscitatus est à famulis qua nam hora filius cœpisset habere melius. Tum illi: Heri, inquiunt, hora septima, subito reliquit eum febris, & ilico valuit filius. Agnouit pater hanc fuisse horam, qua sibi dixisset Iesus: Abi domum, filius tuus viuit. Iamq̄ certum habebat, non casu, sed virtute Iesu reuixisse puerum. Nec fructu suo caruit hoc miraculum, quanquam in hominem ethnicum collocatum. Non solum enim ipse regulus credidit Christum esse Messiam, verum etiam illius persuasione, & exemplo credidit vniuersa familia, quam frequentem ac numerosam fuisse oportuit, vtpote hominis opulenti, & magistratu fungentis, quum Iesus apud suos populares & cognatos multis æditis miraculis vix paucos Euangelio lucrifecerit. Hoc denuo secundum signum fecit Iesus, quum redisset à Iudæa in Ga-

h 2. lilæā,

lilæam, vt prius miraculū quod ædiderat in Cana, rur-
sus altero maiore confirmaret, & hominis prophani
exemplo, suos ad fidem prouocaret: iam tū ceu prælu-
dens per occasionem & Iudeos ob suam incredulita-
tem repellendos, & gentes per fidem ad Euāgelii gra-
tiam recipiendos.

CAPVT V.

HIS rerū initiis iactis apud Samaritanos & Ga-
lileos, Iesus rursū se cōfert Hierosolymā, idēq;
sub diē festū pentecostes, nimirū ob populi frequen-
tiā pluribus declaraturus suā authoritatē, & pharisæis
falsa sanctimonie, scientieq; persuasione turgētibus, ex-
probraturus suā incredulitatē, qui tāto interuallo à Sa-
maritanis & ethnicis superarentur. Erat autem Hiero-
solymis piscina siue lacus quidam, quę Gręcis dicitur
probatica, nimirū à pecudibus, quod illic sacerdotes
hostias immolandas abluere soleant, & ab eodem ar-
gumēto Hebręis dicitur Bethesda, quasi dicas domū
pecualē. Lacus hic habet imminētes sibi quinque por-
ticus. In his decūbebat magna vis hominū variis cor-
porū morbis laborātiū: præterea, cęcorū, claudorū, mā-
corū vis ingēs, qui motū aque expectarēt. Nā statis tē-
poribus angelus domini descēdebat in piscinā, simulq;
mouebatur aqua. Porro post aquā ab angelo motā,
qui primus descēdisset in piscinā, is liberabatur à mor-
bo, seu corporis vitio, quocūq; teneret. Atque hæc iā
tum

tum erat imago baptismi, quo sordes morbiq; animarū, quālibet capitales semel abluuntur, quoties ad elementum aquæ, baptizantis opera, & diuinæ cœlitus accesserit. Nec dubium est quin hac occasione tum temporis ingens hominum frequentia in eo loco versaretur: vel eorum qui ad spectaculū cōtinerāt: vel eorum qui curam agebant ægrotorū in quinque porticibus decūbentium. Ex his omnib; Iesus, quo miraculum esset insignius, vnum elegit omnium maxime deploratū, vt qui morbo periculoso, peneq; imedicabili, deinde vetustissimo teneretur: postremo qui maxime desideraret alienū subsidium: & adeo tenuis erat ægrotus, vt neminē parare posset, a quo tēpestiue deferret in aquā. Nec ex ea turba sanabat quisq;, præter vnū, cui contigisset primum in aquam descendere. Huius calamitas ad miraculi magnitudinē erat profectura, & eiusdem fides conducebat ad exēplū. Siquidem triginta iam annos rem habebat cum paralyti, vt nos doceret, nullum esse morbum animi tā capitalem, tamq; inueteratum, quem non facile tollat baptismus, & fides in Iesum. Hunc igitur omnibus deploratum paralyticum, cū misericordissimus ille Iesus conspiciatus esset, solutis morbo membris facentem, & cognouisset malum hoc esse deploratū, quod iam triginta totos annos detinuisset miserum, misericordia tactus, dixit illi: Vis ne salu9 fieri? videz

h 3 licet

118 IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

licet fidem & tolerantiam circūstantibus volēs ostendere, præterea vim morbi omnibus conspicuā facere, simulq; subindicans neminē ab animi vitiis sanari posse, nisi morbū suum oderit, & salutis desiderio te-
 neatur. Neq; enim dubiū erat, quin ille cuperet sanitate, qui tot annis obsederat piscinā pertinaci spe salutis, nec toties frustratus, spem abiecerat. Paralytic⁹ itaq; nō respondebat ad id quod rogarat Iesus, & tñ aliquid bonæ spei ex illius tam alacri interrogatione cōcipiens, ostendit sibi nō deesse voluntatē, nec se diffidere ob morbi magnitudinē ac vetustatem, quin delatus in piscinā, posset sanari: sed ait sibi deesse hominis baiuli opem, per quē mature deportaretur in piscinā, simul atq; moueretur aqua. Nam vbi sensissent alii moueri piscinā, pro se quenq; pperare, vt primus ingressus salutis beneficiū solus auferret, ipsum vero morbo tardum, ac baiulo destitutū, frustra iā prorepere in lacum, quum alius prior descēdisset. Hæc aut paralytici verba eò tendebant, vt verecunde rogaret Iesum, vti ipse qui validus erat, ac vt videbatur ex cōpellatione misericors, quum tempus esset, sese deferret in piscinam. Id quidem non audebat palàm ab eo petere, tamen exposita necessitate subindicabat, quid obstaret ad salutem. Nec enim nouerat ægrotus Iesum. Iesus autem delectatus hominis tolerantia, qui quod pleriq; calamitosi solent, non vociferaretur, nō deuo

deuoueret seipsum, non execraretur diem in quo natus esset, nec offensus interrogatione Iesu, an vellet sanus fieri, clamaret sese ab eo haberi ludibrio, simulque comotus dominus tam pertinaci spe salutis adipiscende: denique volens ostendere, & eos qui motu piscinae sanabantur sua virtute sanari, sibi que in promptu esse, solo nutu omnes & corporum, & animorum morbos posse tollere, dixit illi: Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Simulque cum dicto sanatus est homo, ut non solum liber esset a morbo alioqui languidus & imbecillus, quemadmodum solent, qui medicorum arte sanantur, sed ut absque hominis adminiculo subrigeret sese in pedes, lectulum suum in humeros sustolleret, atque ita robustus lecti sui baiulus ambularet, ac diuturni morbi monumentum cunctis videntibus domum referret. Erat autem sabbatum cum haec faceret paralyticus, atque inde calumniae seminari pharisaeis, qui quae legis erant carnalia, & non nisi ad tempus data, superstitiose tuebantur, neglectis iis quae erant praecipua, ac perpetuo duratura. Sabbatorum octum violasse, nefarium erat apud illos: proximum fraudasse sabbato, nullius erat momenti. Sabbato sustulisse grabatum impium videri volebant, inuidere misero sanitatem, culpa non erat. Nouerant paralyticum, sciebant multis annis decubuisse, constabat eum iam esse validum, nec vlla morbi vestigia praeseferentem. Ex tanto miraculo

& glorificare deum debuerāt, & sanato gratulari, nisi vere impii fuissent erga deū, & inuidi erga proximū. Adoriuntur igitur eū, qui sustulerat grabatum, & ob iurgant peruerse religiosi. Sabbati dies est, inquiunt, cui debetur ocium. Non est fas tibi tollere grabatum tuū. Ille non dissimulans beneficiū acceptū, & Iesu authoritate criminis inuidiā à se depellens, significans eum qui rē tantā verbo præstare potuerit, homine simul & sabbato maiorē videri, respondit calūniantibus Iudæis: Is qui me simplici verbo sanum fecit, iussit vt grabato sublato ambularem. Hoc audito cū iam ob miraculū credere debuerint, nō solū inuidebant sanato, verū etiā restitutæ sanitatis authori moliantur insidias. Quis est, inquiunt, iste homo, qui dixit tibi, tolle grabatū tuū & ambula? Volebant em̄ violati sabbati crimen in eum impingere, quod & aliās non semel fecerunt. Cæterū, is qui sanatus fuerat, non nouerat de nomine Iesum, de facie tātū nosse poterat, sed tum quidē cōmonstrare non poterat, quod Iesus loquutus paralytico, statim subduxisset sese à turba: partim ne sua præsentia, magis irritaret Iudæorū inuidiā: partim vt ipso absente, miraculum maiore cū fide cognosceretur ex eo, qui sanitatis beneficiū senserat. Porro iā cognito compertoq; miraculo, Iesus authorem quoq; cognitū esse volens, cū obuiū habuisset eū cui tribuerat beneficiū sanitatis, ait

ait illi: Ecce sanitatē es consequutus, depulso morbo corporis, qui tibi natus erat ex animi morbo, vtrūq; sustuli malū. Tu caue posthac ne recidens in pristina peccata, grauius aliquod malum tibi accersas. Itaq; postea quā cognouerat is, cui contigerat sanitas eundē esse, qui prius iusserat tolli grabatum, & qui nunc testatus se esse sanitatis authorē, admoneret, ne peccatis iteratis recideret in morbum aliquem grauiorem, eiq; nomen esse Iesum, abiit ad Iudæos calumniatores, & indicauit Iesum esse, cui suā deberet sanitatem, existimās illud multorū interesse, vt omnibus notus esset, qui verbo posset sic mederi morbo deplorato. Atq; hic quoq; se prodit Iudæorū exitio digna perversitas. Etenim cū Samaritani Iesum ad mulierculę testimoniū honorifice excepissent: cū Galilæi inter iudæos ob ignobilitatem & legis imperitiā, vulgo male audientes, Christo credidissent: cum regulus ethnicus ob vnicū miraculū, cū tota familia Iesum mundi seruatorē esset professus, Hierosolymitæ, & vrbis nobilitate & templi religione tumentes, & exacta legis peritia, sese venditantes, Iesu struunt calumniā adeo destinata malicia, vt quū sanitatis beneficium euidentius esset, quā vt negari posset, esset & sanctius, quā vt reprehendi posset: quid enim sanctius, quā homini calamitoso, gratis dare salutem corporis? illud impingunt Christo, quod neglecto sabbato, iussisset

fisset tolli grabatum, quasi homo conditus esset ob sabbatum, ac non potius sabbatū hominis causa re-
 pertum: aut quasi nō oporteat legis ceremonias ubi
 q̄ cedere præceptis, & officiis sanctioribus. Quāta
 autem cæcitas, indignari Iesu, quod hominem miser-
 rādum sanasset sabbato, cum ipsi, qui sibi videbātur
 legis tenacissimi, non vererentur asino in puteum de-
 lapso succurrere die sabbati? In homine subleuato ca-
 lumniātur offensum deum, sine cuius auxilio nō po-
 terat homo sanari: in asino subleuato non existimant
 violari sabbati religionem. Hæc est præpostera reli-
 gio Iudæorū, speciem religionis amplectētium, & ob
 id veræ religionis caput subuertentium, mordicus te-
 nentium legis umbras, & eum cuius gratia lex erat
 scripta, obstinatis animis persequentium. Nō enim solū
 calumniabātur Iesum, verumetiā persequēbātur, nō
 ob aliud, nisi quod rem sanctā, ac piā fecisset in sabbato.
 Iesus autem vt ostenderet se sabbati dominū esse,
 nō seruum, authorem, non subditum, simulq̄ decla-
 raret Iudæorū calumniā, quā impingebāt filio, ex pa-
 tris autoritate facienti quæ faciebat, ad ipsum patrē
 recidere, his verbis retundere conatus est Iudæorum
 calumniā: Pater, inquit, meus cælestis, cuius vos vide-
 ri vultis religiosi cultores, quique vobis sabbati fuit
 author, cum orbe sex diebus cōdito, septimo requie-
 uisset ab opere, nō ita se obligauit ocio, quin quoties
 visum

visum est, possit quæ velit operari. Nā cum illius sab Pater
batū adhuc daret, nō cessat tm̄ ab opere, quo guber meus
nat omnia quæ cōdidit, quo subinde res alias ex aliis vsq; mō
progenerat, quo collapsa restituit. Quemadmodum operat̄.
igitur ille ob religionē sabbati, quo dicitur ab opifi-
cio mundi cōquiescisse, non desinit quotidie benefa-
cere mortalibus ac rebus creatis omnib⁹, ita ego qui
filius illius sum, ab eo & potestatem, & exemplum ha-
bens operādi, quæ faciunt ad generis humani salutē,
non impedior religione sabbati, quo minus ea perfi-
ciā, quæ pater mādauit. Qui si me dānatis ob sabba-
tū violatū, eadē opera dānatis & patrē meū, qui mi-
hi & exemplū est, & author hęc agendi. Quod si illū
absoluitis & glorificatis, ob salutē homini deplorato
restitutā, cur mihi sabbati violati crimē impingitis,
ac nō potius agnoscitis, virtutē sabbati religione ma-
iorē? Ego vitā misero restitui, vos mihi ob tm̄ bene- Pro-
ficiū mortē machinamini. His tā sacris Iesu sermoni pterea
bus tm̄ abest, vt Iudæorū furor factus sit mitior, vt ergo
magis etiā exacerbati, tumultuarentur aduersus illū, magis
captātes occidendi occasionē: ppter ea quod iā nō so q̄rebāt
lum violaret sabbatū, sed & deū sibi, veluti propriū
patrem vsurpabat, semet illi æquans in operibus &
authoritate faciendi quæ vellet. Dominus autē Iesus
intellecta malicia illorum, perguit illos clari⁹ expo-
sita potestate, quam à deo patre accepisset detertere
ab impia

ab impia crudelitate, sic sermonē suum temperans, vt nunc sublimia quædam loqueretur, diuinam naturā insinuans, quā habebat cum patre cōmunē, nūc humilia quædam admiscens, quæ naturā humanam testarentur, vt si illos nō pelliceret ad amorem hominis affinitas, certe diuinę virtutis sublimitas cohiberet ab impia temeritate. Sic autem vindicat sibi cōsortiū potestatis cū patre, vt illi tamē cedat authoritatē. Locutus est autem hunc in modū: Miramini quod operandi societate mihi vindicauī cū patre. Illud etiā atq; etiā affirmo vobis, filius qui totus à patre pēdet non potest quicquā ex se facere, cum ex se non sit, sed quod viderit patrē facientem, idem & ipse facit. Est quidem voluntas ac potestas eadem, sed penes patrē est authoritas, vnde proficiscitur in filiū quis quid est, aut potest filius. Quicquid igitur fecerit pater, hæc eadē pariter operatur & filius, ob equalitatē cōmunicatæ per natiuitatē potestatis. Inter homines sæpe degenerant à parentibus filii, nec eadē semper est patris ac filii voluntas, nec eadē facultas. Secus hic res habet. Pater enim vnice diligit filium, suiq; similitudinē genuit, paremque potestatem operandi transfudit in illum, omniaque demonstrat filio facienda, quæ facit ipse. Exemplar ab illo proficiscitur, cæterum operatio cōmunis vtriusque. Condidit ille mundū, & idē mundū etiam sabbatis moderatur. Condidit hominem,

nem, idem etiam sabbatis seruat hominem. Quisquis igitur calūniatur opera filii, patrem afficit cōtumelia. Hęc quę videtis me facientē sabbatis, authore patre, ac patre pręscribēte, facio. Quod si mirandū videtur, atq; humanis viribus maius, dicto restituere sanitatē paralytico, pater, ad cuius pręscriptū filius facit omnia quę facit, declarabit quod suo filio his etiam maiora demonstrarit opera, quo magis etiam miremini. Nam longe potentius est excitare mortuos ad vitam, quā egroto restituere sanitatē. Et hanc quoque potestatem pater tradidit filio. Tradidit autem perpetuā ac propriā, vt quemadmodū pater solo nutu suscitatur mortuos, & ad vitā reuocat, sic & filius eadem potestate, quos vult ad vitā reuocat. Quicquid enim agit pater, per filiū agit, quicquid agit filius, ex voluntate patris agit. Eadem autem est patris filiiq; volūtas, quem admodum est eadem & potestas. Summa præcipuaq; dei autoritas est, iudicare mundum, rex enim est, ac dominus vniuersorum. Et tamen hanc quoq; totam potestatem impartiuit filio, cui tradidit omne ius iudicandi quicquid in cælo est, quicquid in terra, quicquid subter terram. Quemadmodū pater omnia condidit per filium, omnia moderatur per filium, omnia restituit per filium, ita nihil iudicat, nisi per filium, vt vterq; alterū illustret ac decoret. Pater innotescit per filium, per quem operatur, filius vicissim patris maiestatem

Neque enim pater iudicat quęquā.

Qui
non ho
norifi
cat filiū

statē declarat, vnde habet quicquid operat̃, vt vtroq̃
per alterum cognito, omnes honorificent filiū, quem
admodū honorificant patrem. Par est enim esse con
sortium honoris, inter quos est consortium potestatis
ac volūtat̃. Nolite putare, quod patrem habeatis vo
bis propitium, si sitis à filio alieni. Quisquis honorat
patrem in filio operantem, idem honorat & filium ex
patre operātem: quisquis autem non honorat filium
patri charissimum ac simillimū, idem nec patrem ho
norat, qui in hoc misit illum, vt per filium honorifi
cetur. Nihil enim inter illos cōmune nō est, siue quid
est honoris, siue quid est ignominia. Qui filio diffi
dit, diffidit & patri à quo missus est in mundum, &
cuius voluntate ac præscripto facit, quicquid facit, &
per quem mūdo pater loquitur. Quemadmodū non
mediocre præmiū erit credenti, ita non leuis erit pœ
na diffidenti. Illud enim pro certo dico vobis, quis
quis audit sermonem meū & credit ei qui me misit,
& per me loquitur, iam habet vitam æternam. Quis
quis enim iustificatus est à peccatis, & per iustitiā vi
uit deo, deū habet, & vitam æternam habet, nec huic
amē dī metuenda erit damnatio mortis æternæ, quæ manet
co vo incredulos, imō quæ iam habet incredulos: sed ablu
bis, q̃a tus à pristinis flagitiis, per fidem demigrat à morte
veit ho ad vitam. Plus est animam peccato mortuam reuoca
ra. re ad vitam, quàm corpus exanimū, vitæ restituere.

Sed

Sed vtriusque rei potestatem, pater dedit filio. Hoc habete pro certissimo, quod instat tēpus, imò iā adest, quo mortui quoque audituri sunt vocem filii dei, & qui audierint viuent. Exciti enim velut à somno prodibunt è sepulchris, ac mirantibus vobis declarabūt sese vere viuere. Sic reuiuiscūt & animæ mortuæ, si vocem audierint filii dei. Non audit autem qui diffidens audit. Olim reuiuiscant & omnium corpora defuncta ad vocem filii dei, nunc in paucis ad vitam reuocandis ædito specimine futurę resurrectionis, id quod maius est agitur, vt ad eiusdem vocem reuiuiscant animæ. Vt nihil est vita preciosius, ita nihil est diuinius, quàm dare vitam aut reddere. Non est quod diffidat quisquam potestati filii, si fidit potestati patris. Neminis dubium est, quin deus fons sit omnis vitæ, unde fluit omnibus vt viuant, siue in coelis, siue in terris. Sed quemadmodum pater habet vitam in semetipso, vt eam quibus velit impartiat, aut restituat, ita dedit & filio, vt in sese totius vitæ fontem habeat, simulq; tradidit illi ius iudicandi viuos & mortuos. Huius enim sententia ineuitabili, qui paruerint ipsius doctrinæ, transferentur in vitam æternam. Contra, qui parere noluerint, addicentur æternis suppliciis. Tantam potestatem esse traditam homini, nolite mirari, quum idem sit filius dei. Hoc traditum est illi quod semper habuit cū patre cōmune. Interim date operam, vt per credulitatē

credulitatem digni sitis vita. Siquidem v̄eturū est tempus, vt omnes qui mortui sunt & sepulti, audiant omnipotentem vocem filii dei, atque ilico reuiuiscant corpora, & qui mortui fuerunt, & humo conditi, prodibunt è latebris terræ, sortituri credulitatis, aut incredulitatis diuersa pr̄mia. Nam qui hic bona fecerūt, tum reuiuiscant ad vitę immortalis hereditatē, rursus qui mala patrarūt, reuiuiscant ad æterna mortis supplicia. Fons autem malorū omnium est incredulitas, quem-

Nō possum ego à me ipso facere quicquam. admodum fons bonorum omnium est fides. Nec est quod quisquam calumniatur filii iudicium velut iniquum. Si patris iudicium iniquū esse non potest, nec filii iudicium, quod idem est cum patris iudicio, potest iniquum esse. Nec enim aliud iudicat filius, quàm quod pr̄scripsit pater. Qui metuit patris iudiciū, metuere debet & filii iudicium. Non ego possum à me ipso facere quicquam. Sicut à patre audio, ita iudico, eo que iustum est iudicium meum, quia non est mihi alia volūtas, quàm que est patris, vt aliquo pacto corrupta voluntas, corruptum pariat iudicium. Apud homines leuis est fides illi, qui testimoniū fert de seipso,

Sí ego & arrogans habetur, qui sua ipsius voce sibi magna testimo vindicat. Quod si solus ego mihi testis sum, sit apud nū phi vos vanum testimonium meum. Sed est qui de me testimo de beo de stimonium perhibuit, cui vos plurimum tribuitis in meipso. cæteris, hic parū vobis constantes, non creditis, cum sciam

sciam verū esse illius testimoniū, quia non ex sese protulit, sed ex afflatu patris. Non potestis tergiuersari leue pondus habere apud vos Ioannis testimoniū. Ipsi viros graues ad illum misistis, tanquā à certissimo auctore per certos homines cognituri, nū ipse esset Messias. Ille non vendicauit sibi falsam laudem, quam illi volebatis tribuere, sed veritatem professus est, palam testificans se non esse, qui putabatur, sed me esse Messiam, qui tolleret peccata mundi, & vitam daret mundo. Huius certe testimoniū, cui tantum tribuebatis, vt eum crederetis esse Messiam, apud vos pondus habere deberet, præsertim quum à me non sit procuratū, sed à vobis ipsis expressum. Ego quod ad me pertinet, non opus habeo commendari hominis testimonio, sed Ioannis de me testimoniū vobis ingero, non vt ego pluris apud vos fiam, qui nihil moror humanam gloriam, sed vt vos apud quos tanta est Ioannis auctoritas, credentes ei, de quo ille testificatus est, vite incredulitatis condemnationem, & per credulitatem assequamini salutem. Magnus quidem erat Ioannes, sed lux illa promissa mundo non erat, tantū erat lucerna, de nostro igni ardens, de nostro lumine lucens. Vos autem quū illius iudicio debueritis prope rare ad lucem veram, quæ semper illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, maluistis ad breue tempus in illius luce gloriari, quàm veram amplecti

i plecti

plecti lucem quæ gloriam largitur perennem, nec unquam obscuratur, occidit ve. Preluxit ille soli mox celsurus, & vero lumine emicante obscurandus. Voluistis illum esse Messiam, qui se negabat indignum qui solueret corrigiam calciamentorū Messiaë. Cur ergo testimonium illius apud vos nunc leue est, quod de me tulit, quum alioqui tam magnifice de illo senseritis? Non pendeo à Ioannis testimonio, sed tamē optarem apud vos habere pondus, ne pereatis ob incredulitatem. Et tamen si illius testimonio diffiditis, ego ex meipso certius habeo testimonium, nimirum patris mei, qui maior est Ioanne, cuius testimonium refelli non potest. Nullum est certius testimonium ipsis factis. Ea si videtis esse digna deo, si videtis à me fieri, satis de me testificantur, me nihil ex meipso facere, sed ex eo, qui me salutis vestre causa misit in mundum. Non est igitur quod excusetis incredulitatem vestram, meamque fidem eleuetis, quod ipse mihi duntaxat sim testis, quum magna de me prædicem. Habetis Ioannis apud vos grauissimum testimonium, quaquam ille magis eget meo testimonio, ne falso videatur testificatus. Habetis operum meorum testimonium, ut iam non necesse sit dictis cuiusquam credere, quum ipsi facta conspiciatis. Quod si ne hoc quidem incredulitati vestre satis est, audistis apud Iordanem patris vocem è sublimi testificantem de me. Pater autem cum spiritus sit, nec vocem habet quæ possit auribus

Et qui mi
sit me
pater.

sit auribus?

fit auribus humanis percipi, nec speciē quæ cerni possit oculis corporeis. Nam Mosi non talis apparuit, & auditus est, qualis est suapte natura, quemadmodū vos existimatis. Sic enim soli filio visus est atque auditus, & tamen aliqua voce, aliqua specie, se vestris sensibus insinuauit. Locutus est prophetis, per prophetas locutus est vobis: Ioanni locutus est, per Ioannem vobis: mihi vero vt est suapte natura, locutus est, per me loquitur vobis. Quod si non tergiuersamini Ioannis testimonium palam fuisse redditum, cur illi non creditis? Si putatis Mosi & prophetis vere locutum, ac visum deum, cur his quæ per illos locutus est, non creditis? Certe creditis scripturas esse profectas à deo: quumq; in his scrutandis diligenter versemini, atq; in his vitæ spem ac felicitatem collocetis, tamē quemadmodū Ioanni, cui in cæteris plurimum tribuistis, de me testificantis fidē habere nolulistis, ita scripturis in eo quod est omnium caput, non creditis. Promittunt enim illæ vitā, sed per me. Testificatur illic pater de me, ac promittit se missurum filium, per quem salus fit danda mortalibus. Sed quemadmodum audistis Ioannem, nec creditis: audistis vocem patris, nec creditis: ita nec legis ac prophetarum testimonium hæret animis vestris, cum libros semper habeatis in manibus, cum verba semper in ore, tamen eum, quem ille literè promittunt relicitis, ei quem pater iuxta prophetarum promissa

1 2 misit,

Clarita
tem ab
homi
nib⁹ nō
accipio.

misit, non creditis: cumq̄ non sit aditus ad vitam, nisi per me, tot testimoniis comprobatum, tamen omnibus contemptis, non vultis venire ad me, vt minimo negocio vitam habeatis. Nam credidisse filio, quē misit pater, salutis est ianua. Nō est quod testimonio Ioānis aut prophetarum vener apud vos humanam gloriam: sed vestrum exitium doleo, qui vobis ipsis incredulitate vestra vitam inuidetis æternā, simulq̄ adimo vobis omnem excusationem, si non credideritis. Tot testimonia protuli, quibus vos aliis in rebus plurimā tribuitis auctoritatem, in me solo cuius gratia scripta dictaq̄ sunt omnia, non recipitis. Dei cultum & amorem præ vobis fertis, prophetas per quos ille locutus est, veneramini, & tamen à deo promissum, & operib⁹ se declarantem quis sit, aspernamini. Hoc nimirum est argumentū quod deum ficta religione colitis, nec vere diligitis deū, quem lex iubet ex tota anima, totisq̄ viribus diligi, quum illius filium contemnatis. Incredulitas ergo vestra, non est ex inopia testium, sed ex inopia veræ charitatis in deū. Amatis gloriam humanam, amatis pecuniam, amatis voluptates, & ad hæc abutimini ficta religionis specie. Filiū autem dei persequimini, quod ea doceat, quæ pugnant cum istis vestris pravis cupiditatibus, quanquam cum patris voluntate consentiunt. Hæc arguunt vos, non ex animo diligere patrem. Etenim qui diligit, credit & obtemperat:

Ego ve
ni i no
mie pa
tris mei

perat:

perat: & qui patrem diligit, non potest odisse illi charissimum filium: & qui legantem amat, non potest aspernari legatum, præsertim cum ego nec gloriã, nec regnum, nec opes ambiã apud homines, tantum ambio gloriã patris, & in hoc ambio, vt vos seruemini. Videtis opera digna deo, & tamen hominum gloriã non mihi vindico, sed patri, cuius sunt opera per me gesta. Quum igitur videri velitis religiose colere patrem, tamẽ me, qui illius nomine veni, nec aliud ago, quã ille præscripsit, non recipitis. Et quã estis peruerse increduli mihi, qui patris nomine veniẽs, gratis vitam ac salutem offero, tam eritis stulte creduli, si quis suo nomine veniens, sibi dei gloriã arrogãs, suumq; non dei negocium agens, vobis adferat ea, quæ pertrahãt in mortem æternã. Si vobis deus charus est, cur illius gloriã quærenti obstrepitis? Si vitã æternã amatis, cur authorem vitæ repellitis? Si impius est qui sibi vindicat dei gloriã, quur recipitis, qui dei gloriã falso arrogat sibi? Quid igitur superest, nisi vt fateamini fictam esse vestram pietatem erga deũ? Verbis, cultu, ceremoniis filium colitis, re vera odistis. In ore est templum domini, templum domini, templum domini, in corde est pecunia. In ore sunt lex & prophetæ, in corde est ambitio laudis humanæ. In ore sunt verba legis: Dilige dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & proximũ tuum sicut teipsum, in corde est

liuor & odium & homicidium. Vera laus est, meruisse laudem apud deum. Vera pietas est, omnem gloriã deo transscribere. Quomodo igitur potestis credere mihi, nihil aliud prædicanti, quã gloriã dei, quã vos cõtempta vera gloria quæ à deo proficiscitur, venimini falsam gloriã apud homines, in vicem vobis adulantes, & deo suam gloriã inuidentes, captantes falsam religionis speciem apud homines, contempta sincera conscientia, quã intuetur deus? Venantes fordidum huius mundi lucrũ, perditis vitam æternã. Mirum igitur non est si habetis deũ iratum, cui tam pertinaciter obsistitis. Nolite putare, quod ego cupiens vlcisci contẽptũ mei, vos delaturus sim ad patrẽ. Nihil opus est me delatore. Moses ipse vos deferet, cuius authoritatẽ apud vos sacrosanctã fingitis, & in quo summam fidẽ collocatis, habentes pro oraculo quicquid ille scripserit. Sed quẽadmodũ fide Ioannẽ venerabimini, cuius de me testimonio nõ creditis: quẽadmodũ fide veneramini pphetarum oracula, nunc eũ persequentes quẽ illi promiserant: quẽadmodũ fide deum colitis, cuius opera non agnoscitis, cuius filium odistis: ita Mosẽ fide colitis, cuius authoritas vobis leuis est in eo, in quo maxime debebat valere. Siquidem ille de me scripsit. Etenim quum maiores vestri offensi terribili voce dei, & igni pernicioso, deprecarentur ne posthac dei vocem audirent, aut ignẽ formidabilem

mirabile experirentur, deus approbavit postulationem
 vestram, ac Mosi promisit se suscitaturum de fratribus
 vestris eximium prophetam, ipsi similem, cuius vocem
 placidam ac mitem, nec territantem minus, sed ad sa-
 lutem invitantem oporteret audire. Ceterum huius di-
 ctis non obtemperanti, poenam comminatus est deus,
 dicens: Qui autem non audierit verba eius quae loque-
 tur in nomine meo, ego ultor existam. Rursum: Qui
 prophetam audierit in suo nomine venientem, & ea lo-
 quentem, quae deus illi non mandavit, eum iubet inter-
 fici. Nemo igitur alius vos magis accusabit apud deum,
 quam Moses amicus vester, cuius scripta contemni-
 tis. Ille me promisit placidum, mitem, & omnia quae
 deus voluerit loquentem. Talis adsum, & repellitis.
 Ille iubet interfici, qui suo nomine venerit, & suo spi-
 ritu loquatur. Talem odio mei complectemini, ut ma-
 gis congruentem vestris depravatis cupiditatibus.
 Non solum igitur estis contumaces in me, verum etiam
 in Mosen ipsum: cuius promissis diffiditis. Etenim si
 fidem haberetis Mosi, nimirum & mihi crederetis,
 quem ille promisit, & cuius dictis credi iussit. Non
 igitur mirandum est, si meis dictis non creditis, quem
 palam ut humilem contemnitis, quum nec Mosi scri-
 ptis fidem habeatis, cuius auctoritatem tantam vide-
 ri vultis apud vos, & de quo tam magnifice sentitis.
 Huiusmodi dictis dominus Iesus, lux & veritas cor-
 1 4 arguit,

arguit, ac prodidit fictā Iudeorū religionē, qua nihil esse potest aduersus Euāgelicæ pietati, vt qui nec tot tantisq; de ipso testimoniis cōmouerentur, nec benefactis ac benignis verbis allicerētur, nec minis terrentur, nec æternæ vitæ desiderio prouocarētur ad fidem, nec gehennæ metu resipiscerēt ab incredulitate, certe palā esset omnibus eos suo merito perire. Atq; hæc si loquutus fuisset dñs Iesus apud Samaritas, aut ethnicos, præsertim miraculis sermoni fidē conciliātibus, conuersi fuissent ad poenitētiā. At Hierosolymitæ scribæ, pharisæi, & sacerdotes, nihil ad hæc respondent, quæ refelli nō poterāt: persistunt tamen in parricidalibus suis cogitationibus, & æternæ vitæ beneficium offerenti, mortis struunt consilia.

CAPVT. VI.

Iesus igitur ad tempus cedēs illorum vefaniæ, à simulatæ religionis opinione & imperita legis peritia tumidis se subducēs, reddit sese simplicioribus, de nouo proficiscēs in Galilçā: nō iā rursus in Cana, sed in eā quæ est ultra lacū, qui ob ciuitatē Tiberiadē, à Tiberio Cæsare conditam, lacui imminentē, dicitur Tiberiadis. Atq; huc proficiscentē sequuta est ingēs hominum multitudo: partim allec̃ta cupiditate miraculorum, quia viderāt eum insolita virtute tollētē morbos hominum: partim vt ab eo sanarentur, qui morbis imedicabilibus tenebātur: partim illius inhiātes doctrinæ.

doctrinæ. Quum autem videret tantum ardorē promiscuæ multitudinis, vt oblitū cōmeatus, sese procul in loca deserta sequerētur, iam miraculo suos discipulos preparās, quibus volebat id quod facturus erat, maxime compertum & infixum esse, nā adhuc rudes erant, in montem subducit sese vnā cū discipulis, ipsa re docens, eum qui populi pastorem profiteatur, quāquam vt profit suis sese plerunq; miscet etiā infimis, tamē nonnunquam oportere mentem ad sublimiora quædā erigere, quoties sacro studio aut precatōne p̄uocādus est animus ad rerum cœlestiū contemplatiōnē. Turba manet in humiliori loco, soli discipuli cōmitātur Iesum, qđ episcopos oporteat à sordidis temporalium rerum curis vacuos esse, atq; ea quæ populus rudis miratur, velut è sublimi despiciere. Itaq; semotus aliquātulum à turba, confedit in monte Iesus, cum discipulis suis, sed ita, vt turba esset in p̄spectu. Non enim oportet episcopos à Christo recedere, etiā si populus hæreat in humilioribus. Et in monte sedēdum, hoc est, in studiis cœlestibus conquiescendum: in humilioribus, quę ex charitatis affectu pro tempore tractātur, ambulandum potius quā sedendum. Nec sic oblectādus est animus cōtēplatione sublimiū vt multitudinis cura nobis excidat. Nam episcoporū secessus in hoc ipsum adhibendus est, vt alacriores & instructiores redeāt ad populi cōmodis cōsulēdum.

Nec

Nec enim conuenit eos, qui Christi vices gerunt, ad liberiores cōpotationes, ad Venerem, aleam, venatū, aut similes voluptates secedere, sed in hoc, vt in ocio animū negociis crassioribus fatigatum, purioribus votis, continuis precibus, sacris studiis, sanctis colloquiis ad Euāgelii munus instauretur. Porro quū hæc geruntur in Galileæ, proxime instabat paschæ dies, Iudæis cum primis religiosus. Atq; magis iā conueniebat illum versari Hierosolymis, si religionis opinionē sibi voluisset cōciliare. Verū vt imagine quadā rerū significaret fore, vt ob incredulitatē Hierosolymitis aduersus deum rebellibus, sua domus relinqueretur deserta: deinde prodita iā Euangelica pietate, cessaturū omnē carnalē illorū cultum, atq; ibi demū pure celebratum iri pascha, vbi cūq; relictis mundanis affectibus ad celestiū rerum amorem transferret animus, maluit esse apud Galilæos in desertis, quā Hierosolymis in templo. Quū ergo Iesus apertis in populū oculis, vidisset supra modum numerosam esse multitudinem, sic præparat animos discipulorū suorum ad certam miraculi fidem, vt primū velit eis notam & animaduersam cibariorū penuriam ac multitudinem, quæ subiecta erat oculis, esse innumerabile: & panes quos ipsi suis manibus porrigerent Iesu, ac populo distribuerent, esse perpaucos. Postremū cōphinos quos iidem è conuiuii reliquiis collegerant esse

esse multos ac plenos, ne quid vel non intelligerent, vel non animaduernerent, vel post non meminissent. Nouerat enim suorum rudes adhuc, & obliuiosos animos. Ait itaq; Philippo, tentans illius animū, & paulatim ad miraculi futuri fidē formans. Vnde, inquit, mercabimur panes, vt sit isti tam numerosæ multitudini quod edāt? Hæc percōtatus est dominus Iesus, non quod ipse nesciret, quantum esset panū aut obsoniū, sed partim vt quēadmodum modo dictum est, apostolos attentos redderet ad miraculi considerationem: partim vt omnes discerent, quā non solliciti fuerint discipuli Iesum sequentes de cōmeatu, quā que plebeio viliq; cibo contenti essent. Philippus autem nondum expectans miraculum, tametsi viderat illum in nuptiis aquā vertētem in vinum, quum expēderet, quā exiguū esset ipsis pecuniæ subsidium: ad hæc quā ingens esset hominum multitudo, respōdit: Domine, quid queris de panibus emendis? Etiam si ducentis denariis emamus panes, vix sufficerint: nō dicā ad saturādos istos, qui iā lōga inedia famelicī sunt, sed vt vel paululū gustātes singuli famis periculū effugiant. Hæc vbi dixisset Pphilippus, Andreas frater Simonis Petri, aliquanto prudentior, iam vtcunq; ad spem miraculi animū arrexaerat, sed nondum plena fiducia. Viderat enim aquam versam in vinum, nec omnino diffidebat & panes posse crescere, sed ad moderatam

moderatā portionem, sic vt ex paucioribus minus, ex pluribus plus accresceret, quū Iesus ad panes creādos nulla opus haberet materia, qui vel ex nihilo qđ vult, & quū vult, creat. Ait igit̃ Andreas: Est hic puer quidam, qui habet quinq; panes ordeaceos ac pisces duos: sed quid tātulum ad tantā multitudinē iam famelicam? Iesus autem vbi vidit illis nō ignotam ciborum inopiam, & animaduersam immensam multitudinem, animos illorū erigere volens ad expectationem miraculi, mandauit apostolis curarent, vt populus discumberet in gramine: nam erat illic graminis magna copia. Discipuli vero iam nō responsant, quid opus est discubitu, quum nihil sit quod apponatur? Nā hoc quod habemus, vix nobis suffecerit: sed simpliciter obedientes Iesu iussis digerunt populum in certos ordines, ac velut ad conuiuium iubent discumbere. Quin & populi simplex erat fiducia, parentis apostolorū vocibus, quum nullum viderent apparatus. Erant aut̃ qui discubuerunt fermē quinq; milia. Iesus itaq; quinq; panes ordeaceos acceptos, postquā ex suo more gratias egisset patri, fregit, tradiditq; discipulis, vt distribuere populo: iam tū illos fingens ac formās, vt imagine corporali consuescerēt pastores agere, & sermonis Euangelici dispensatores, animos gregis christiani cibo spirituali pascere. Nā ille panis est, qui de cœlo descendit, & vitam æternā

impartit

impartit aliunde vescētibus. Hunc tradunt quidē ac dispensant episcopi populo, sed non aliunde quā ē Christi manibus acceptum: nec nisi gratis actis patri coelesti, cui conuenit acceptū ferri, quicquid ad salutem humani generis pertinet, & ad quē velut ad authorē dominus Iesus omnia referebat, quæcūq; gessit in terris admirāda, nos interim admonens, vt si quid in nobis fuerit egregiæ virtutis, ne laudem vindicemus nobis, sed omnem gloriam transferamus in deū, vnde profiscitur, quicquid vere laudem meretur. Iam quod fecerat de quinque panibus, idem fecit de duobus piscibus, distribuens discipulis, ac inter distribuētis manus, ipsius arbitrati crescebat obsoniū, quātū sciebat omnibus saturandis suffecturū, etiam vsque ad largā redundantiam, quo certior esset miraculi fides. Porro quū iā esset expleta cibo multitudo, Iesus alio quoq; argumento procurans certitudinem facti, ne quis prestigium aut inaginationē esse causaretur, dixit discipulis suis: Colligite reliquias cōiuii, ne quid pereat. Tantum autem reliquiarū compertū est superfuisse saturis omnibus, vt ex his impleti sint cophini duodecim. In tantam copiam Iesu benignitas auxerat exilem cōmeatum quinque panum ac duorū piscium, obiter nos docens, non oportere parcā esse in pauperes beneficiā: sed multo magis eū, qui pascēdi gregis dominici curā suscepit largiter oportere suppeditare ex diuite

penu

penu scripturę diuinę, quicquid ad erudiēdos, admo-
 nendos, consolandos, animandos pertinet, qui huius-
 modi indigent cibo. Porro qui saturati fuerant, quū
 non ignorarēt non repertos fuisse, nisi quinque panes,
 eosque ordeaceos, & duos pisces, iamque viderent tan-
 tum cophinorū superesse, cœperunt magnifice præ-
 dicare de Iesu, dicentes: Hic est vere propheta ille, iam
 diu expectatus, qui venturus erat in mundū. Hoc est
 plebis ingenium, citius sentit ventris, quam mentis be-
 neficiū. Viderant maiora miracula, nec tamen unquam
 tam magnificū elogiū illi tribuerunt. Saturitas hanc
 vocē extorquere potuit. Iamque vt erant rudes adhuc
 & crassi Messiam in hoc expectantes, vt regnū munda-
 num sibi vindicaret, consultarunt inter sese vt Iesum
 raperent, sibique regem constituerent, vbertatem rerū,
 annonę copiam, opes, libertatē, cæteraque huius mūdi
 cōmoda, sibi pollicentes, si talis rex contigisset. Iesus
 autem, qui longe aliud regnū ambiebat, quique in hoc
 venerat, vt nos doceret, opes, voluptates, & gloriā mū-
 di contēnere, non ignarus quid agitarēt, rursus subdu-
 xit sese in motē, vnde pasturus eos descēderat. Subdu-
 xit autem sese solus clanculū, sic vt non sentiretur au-
 fugisse. Ad regnum vocantibus furtim subduxit sese,
 ad crucem rapiētibus vltro occurrit, euidentis exēplar
 exhibens his, qui vices ipsius essent gesturi. Nō enim
 potest sincere dispēsare sermonē Euāgelicū, quisquis
 amat

amat regnum & gloriam apud homines: quæ adeo non sunt affectanda pastoribus, vt etiam si vltro deferantur, fugere oporteat. Non enim conuenit regno cœlorū cum regno mundi: non profecto magis quā luci cum tenebris. Discipuli vero quum diu expectassent in monte dominum, iamq; vespera appeteret, ne in locis desertis nox occuparet, descendunt ad lacum, vt traicerent in ciuitatem Capernaum: nam ibi domicilium habebat Iesus, sperantes fore vt vel inter nauigandum occurreret alia nauis vel in ciuitate eum offenderent. Quum autem adornarent nauigationem, iam erant tenebræ, nec interim venit ad suos, diu multum que expectatus Iesus: non ignarus quanto sui desiderio cruciarentur discipuli. Sed absentia sua magis accendere voluit suorum desiderium, simul que docere quantum periculi sit nobis, quantæ tenebræ, quanta tempestas immineat huius mundi, quoties à Iesu seiungimur. Atque interim maiori miraculo parabatur argumentum. Lacus erat ingens, sic vt ab illis mare diceretur, cui nox horrorem addidit: & ne simplex esset periculum, venti vehementes, & iidem aduersi, magno tumultu concitabant lacum, & tamen desiderio magistri sui audēt nauigare discipuli. Quū igitur procul abessent à littore, iam remigio emenssi stadia fermè viginti quinque aut triginta, propeq; in summa desperatione versarentur, aderat inexpectatus

Vt autē
factum
est sero.

tus dominus Iesus. Vident enim per tenebras pedibus ambulans super undas lacus, perinde quasi solidam terram calcaret: ut se non terræ solum, sed omnium elementorum dominum declararet. Habet autem etiam in tenebris oculos Evangelica charitas: & ibi nox non est, ubi adest Iesus: nec tempestas illic exitialis est, ubi in propinquo est is qui serenat omnia. Quum autem iam factus esset vicinus naui dominus, paefacti sunt discipuli, suspicantes, quoniam per tenebras non certum perspiciebant, nocturnum esse spectrum, qualia nauigantibus noctu multa conspici, credit vulgus. Iesus autem ut voce iam nota ac familiari metum omnem illis adimeret, loquutus est illis: Ego sum, nolite timere, significans nullam quamlibet atrocem mundi tempestatem formidandam esse his, quibus adest dominus Iesus. Adest autem omnibus suis usque ad finem seculi, qui simplici firmaque fiducia pendent ab ipso. Discipuli vero receptis animis ad magistri vocem, cupiebant illum in nauim recipere, non nihil & illi metuentes, ut erat illorum imbecillis ac vacillans fiducia. Cæterum ut dominus Iesus demonstraret suis virtute diuina geri totum quod gerebatur: nec eam tempestatem casu fuisse sedatam, nauis quæ paulo ante hinc atque hinc procul aberat à littore, subito appulerat terræ, quam pretebant. His argumentis miraculum hoc diligenter infixum est animis discipulorum, quorum credulitas omnibus

omnibus modis erat formanda, confirmandaq;. Cæterū ne turbam quidem omnino latuit hoc prodigiū. Nam postridie quā hęc gesta sunt, turba quę remāserat in vltiore ripa lacus, quum vidisset quod illic nulla esset nauicula, præter vnā qua trāsmiserant Apostoli, quos cum vidissent soluentes à littore, certū habebant cum illis non fuisse nauim ingressum Iesum, sed solos discipulos abisse, mirabantur quo nam ille se subduxisset, quod ne mane quidē vsquam appareret diu multumq; desideratus à populo, quē pridie paue-
rat. Suspicientes autē illū non diutius abfuturū à suis discipulis, qui præcesserant, decreuerunt & ipsi traicere, si forte illum in vltiore ripa possent inuenire. Iā autem aderant illic naues aliquot, quę venerant, nō à Capernaū, sed à Tiberiade, quę ciuitas & ipsa litoralis, haud procul aberat ab eo loco, vbi pasti fuerant quinque panibus ordeaceis, & affatim saturati gratias egerant deo, qui talem prophetā misisset populo suo. Quū igitur hæ naues adessent ad turbam traiciēdam, nec Iesus multū quæsitus, vsquam inueniretur, conscensis nauigiis traiecerunt Capernaum, ibi quæsituri Iesum, quod illic haberet domiciliū, & quod scirent apostolos eò traiecisse. Hic vbi repertus esset Iesus, viderentq; illum traiecisse lacum, quū scirent nullam fuisse nauem, qua potuerit traicere, demirantes quo pacto transisset lacum, rogant eum: Magister,
k quando

quādo huc venisti? cupientes ex ipso tempore colligere, quomodo transisset. Suspiciabātur enim & hic rem miraculo peractam, quemadmodū pridie pauerat immensam multitudinem. Iam autem ardor ille superioris diei refrīxerat, quo conabātur illum vel inuitū ad regnū rapere. Iesus autem ne videretur ostentare virtutem suam, ad ea nihil respondet, vt miraculū maiore cum fide discerent ex discipulis, & ex compertis argumentis. Cæterum affectum multitudinis, non solum inconstātem, sed etiam crassum minimēq; dignū Euāgelica doctrina, corrigit obiurgatione seuera, qđ quū maiora vidissent miracula, diuinam virtutem arguentia, tamen magis illos commouerit saturitas vnus cōuiuii, quā æternæ salutis desiderium: plurisq; facerent corporis pabulum, quo rei paulo post periture, subinde & ad tempus succurritur, ac non multo magis esurirent illum cibū, sine quo perit in æternū anima. Deinde quod de se tā crasse sentiret, vt existimarēt ipsum in hoc ædere miracula, vt mundanū regnum pro merito reciperet à tumultuaria multitudine, qui non in aliud pro temporis ratione miraculis aliquot specimē præbuit diuinæ virtutis suæ, nisi vt per hæc quæ sensibus corporeis perspiciebātur, fidē conciliaret suę doctrinæ, quæ ea pollicebatur, quæ sensibus corporeis percipi nō poterant, & hac ratione rudes adhuc & imbecilles, gradib; quibusdā ad sublimiora subueheret.

Quem

Quemadmodū enim fidus præceptor optaret, si fieri posset, discipulum ilico capacem esse totius artis, tamen interim fingit ac format ingenium rude, quibusdam elementis donec ad exactam artis cognitionem prouexerit, ut iam rudimentis illis non sit opus. Et quanquam qui docet, non sine tædio sumit operam in tradendis elementis, tamen hoc tædium spe profectus deuorat, modis omnibus adnitens, ut quàm minimum temporis in crassioribus illis conteratur. Iesus itaque ut hic quoque suam declararet diuinitatem, quod non ignoraret illorum cogitationes, quum uideret turbam ad se rursus confluere, similibus miraculis inhiantem, quæ ventrem explerēt potius, quàm mentē erudirent, ex occasione cibi semel præbiti, docet qui cibus illis potissimū sit expectandus. Loquutus est autem in hanc sententiam: Profecto verum est, inquit, hoc quod dicam. Appellatis me magistrum, non quod auidi sitis meæ doctrinæ, quæ tota spiritualis est, sed quod humana leuiâq; commoda venemini, quæ vobis pluris sunt, quàm ea quæ sunt longe potiora. Et nunc auidis studiis me quæritis, non perinde ob signa, quæ vos ad sublimiora prouocare debuerant, sed hesternâ faturitas vos magis commouet, quàm admiratio diuinæ virtutis: ac rem magnā existimatis, si quis vobis corporalem cibū gratis suppeditet. Non magnum est corpus hoc, & alioqui periturū pascere:

nec deerit cibus inhiātib⁹ Euāgelicæ doctrinæ. Quin omnem curam conuertite ad eum cibum parandum, qui sumptus non perit concoctione, nec corporis vitam ad tēpus breue prorogat, quēadmodū cibus panum mox recurrente fame, sed permanet in homine spiritali pabulo vegetans animam, tribuēs illi vitam æternam. Hunc panē tam eximium dabit vobis filius hominis, si viderit vos huius appetentes, ac famelicos. Siquidem hunc hominis filium, deus volens humano generi largiri salutē æternam, in hoc peculiariter consignauit, ius illi tribuens, & miraculis illi concilians auctoritatem, vt spirituales cibum impartiat omnibus auidis æternæ vitæ. Non enim in hoc venit in mundū, vt vel sibi paret honorem huius seculi, vel alios huius mūdi commodis beet: sed illud magis agit negociū, vt homines à sordidis curis etiehat ad curam rerū celestium. Hęc rudis turba quum non intelligeret, ac ne animaduerneret quidem tota intenta ventris negocio, respondit hunc in modum: Quoniam admones nos, vt operemur cibū quendā qui maneat in nobis adferens vitā æternam, quid igitur faciemus, vt operemur ea, quæ deo digna sunt, & vitā promereamur æternā, quorū gratia te dicis venisse in mundum? Iesus nihil offensus tam crasso responso, perguit eos paulatim euocare ad perfectiora.

~~Si quis enim dixerit, quod sit opus
quo donemini deū, qui spiritus est, & spiritualibus~~

~~delecta~~

~~delebitur, non est immolatio victimarū non obser-~~
~~uatio sabbati, nō lotio, nō cibum delectus, nō~~
~~vestitus, religio, non cetera que corporalibus cōstāt~~
~~ceremoniis: sed hoc est opus, quod à vobis flagitat~~
~~deus, vt credatis filio suo, quē ille misit, & per quem~~
~~vobis loquitur, nō plane gratis, velt ingratis potius~~
~~eternā vobis largiri videatur.~~ Ad hæc turba, quæ
 sibi ex obseruatione legis Mosaicæ mirificam quan-
 dā religionē vindicabat, iam nō crasse solū, sed & in-
 grate, atq; ipse respōdit: Si tibi, inquit, vindicas pecu-
 liarē authoritatē supra maiores nostros, quorū autho-
 ritatē hætenus sequuti sumus, præbe specimen ac do-
 cumentū authoritatis à deo traditæ: vt eo conspecto
 credamus nō verbis tuis, sed factis. Neq; enim equū
 est, vt sine prodigio credamus tibi, verbis authorita-
 tē istam arrogāti. Neq; patribus nostris temere cre-
 didissemus, nisi signo cœlitus ædito nobis authorita-
 tis diuinæ fecissent fidē. Sub duce Mose, maiores no-
 stri comederunt māna in deserto. Hic nimirū erat pa-
 nis dei, & panis cœlestis, qui nō putrescebat: quē ad-
 modū scriptū est in psalmis: Panē cœli dedit eis ad ve-
 scendū. Hoc igitur ostento tanto commotus populus
 obtemperauit Mose. Tu si quid potes simile, aut etiā
 maius, credemus & tibi. Nec hæc tam crassa, tam in-
 grata, tam impia pōpuli responsio, Iesu mansuetudi-
 nem defatigauit, ab alliciendis illis ad cognitionem

k 3 rerum

rerum spiritualiū. Primum ostentum efflagitant, quasi prius nullū vidissent miraculū: nec quoduis miraculum recipiūt, sed ceu præeuntes illi præscribūt cuius generis signum sibi velint ædi: deniq; ex tam multis, quæ priscis Hebræis exhibita leguntur, illud potissimum eligunt, quod ad pastum facit, vsq; adeo de ventre solliciti sunt. Iesus igitur dissimulans plebis ruditatem, sic paulatim ad sensum rerum spiritualiū adducit: Si Mosi, inquit, ideo grauis est apud vos auctoritas, quod manna vobis de cælo dederit, atq; eum cibum vt coelestem suspicitis, quod è cælo venerit, deo potius hæc debetur gratia, vnde manna fluxit: & cui debetur omniū miraculorū gloria. Neq; enim Moses hoc ex se præstare poterat, qui nihil aliud erat, quam dei minister: nec ille panis, tametsi cæli panis dictus est psalmographo, vere panis erat coelestis. Neq; enim è cælo venerat sed ex aere depluebat: quemadmodū aues in aere viuentes, cæli dicuntur: sed panis vere coelestis, imaginē duntaxat habebat. Quemadmodū autem carnali populo, deus per Mosē famulum suum terrenū, panem dabat corporalē, ita nunc pater meus spirituali populo per filiū suum coelestem largitur vobis panē illum vere profectum è cælis: nec corpore modo fatiat ad tempus, sed eis qui sumpserint, donat animorum immortalitatē. Panis ille corporeus erat, & corporibus dūtaxat ad tempus vitam proferebat:

nec

nec hoc quicquid erat beneficii profuit, nisi vnico populo. Verum hic panis de quo loquor, nec est corporeus, nec ex aere depluit, sed ab ipso deo proficiscitur, & tam efficax est, vt det vitam, non corporalem, sed animarum: nec vni populo, sed toti mundo. Quod si vos mouet author, pro Mose, quo gloriamini, deum habetis huius muneris authorem: pro famulo dei, filium habetis dei. Si munus spectatis, tantum interest, quantum inter corpus & animam: quantum inter vitam hanc breui desituram, & vitam in caelis perennem. His auditis, Iudei, ne sic quidem eriguntur ad amorem rerum caelestium, sed adhuc ventris negocium somniantes: Domine, inquiunt, semper da nobis panem hunc. Saturitatem amabant, potius quam salutem, & saturatorem requirebant, potius quam seruatorem. Iesus igitur vt excuteret illis somnium cibi corporalis, apertius eis explicat se non loqui de pane, qui dentibus manditur, & per gulam in stomachum traiectus, corporis famem ad tempus sedat, sed de pane caelesti, qui est sermo diuinus ait: Ego sum panis ille vitae largitor aeternae. Qui hunc esuriens ad me venerit, eumque in animae viscera per fidem traiecerit, non esuriet rursus recurrente post saturitatem famis molestia, sed permanebit in eo qui sumpsit usque in vitam aeternam: & sermo meus fontem habet aquae spiritualis, quae per fidem hauritur animo non corpore. Itaque qui credit in me, non solum

Sed dicit non esuriat, verū ne sitiet quidē in æternū. Non oris
 hi vo/ hiatu sumitur hic panis, sed animi credulitate. Hæc
 bis, q̄a ideo loquutus sum vobis, vt intelligatis vos vestra
 vidistis culpa perituros, si perstiteritis in incredulitate vestra.
 me. Panis hic nulli negatur à patre, & vobis omnium pri/
 mis oblati est, sed magis vos tangit panis interituri
 sollicitudo. Vidistis me maiora præstantē, quā si vos
 manna pauiſsem, & feliciora polliceor, & tamen non
 creditis. Nec tamen ociose miserit pater hunc panem
 in mundū, etiam si vos per incredulitatē eū fastidie/
 Oē qđ ritis. Non deerunt, quibus hic panis vitā æternā sit al/
 dat mi/ laturus, etiam si tota Iudæorum natio filiū reiecerit:
 hi pat. ob hoc ipsum, & in deum impia, quod filium, quem
 ille ad totius orbis salutē misit, aspernetur. Pater enim
 meus non solū Iudæorum, sed & omnium gentium
 deus est. Ex me nihil habeo: quicquid autem mihi
 dederit, cuiuscunq; gentis sit, hoc ad me per fidem
 veniet, etiam si sit à lege Mosaica alienum. Quisquis
 autem ad me venerit, non eiiciā foras, atq; vtinā om/
 nes veniant. Vult enim pater, quantū in ipso est, om/
 nes homines per fidem fieri saluos. Et in hoc ipsum
 descendi de celo, non vt faciam quod ipse volo, velu/
 ti dissentiens à patre, sed quod vult pater qui misit
 me, à cuius volūtate mea voluntas non potest disside/
 re, quū sit eadē voluntas. Hæc est autē volūtas patris
 qui misit me, vt quicquid ille mihi per fidē tradide/
 rit,

rit, nihil ex eo depereat, me seruāte, ne quod pater tradidit ad vitā, mundus rapiat ad mortē. Quod etiam si corpus humanæ naturæ lege moritur, superest tamen melior hominis pars viuens anima: atque vt rursum, totus homo uiuat per me. Vult & illud pater, vt corpus quoq; defunctum vitæ reddā in nouissimo die. Hæc est enim voluntas patris mei, qui misit me, vt per filium vitā æternā largiatur omnibus, idq; nō per legē Mosaicā, sed per fidē Euangelicā. Nihil agit pater, nisi per filiū. Proinde, qui non agnoscit filium, is nec patrem agnoscit, & qui resistit filio, resistit & patri. Pater est inuisibilis, sed videtur in filio. Quis
 quis igitur videt filium, & agnoscit eum, & illius di-
 ctis credit, non patietur illum perire filius, sed etiā si
 mortuus fuerit corpore, ex voluntate patris resuscita-
 bit eum in nouissimo die, vt iam totus & anima &
 corpore uiuat, vnā cum filio, cui credidit. Hanc pote-
 statem pater dedit filio, vt mortuis etiā vitam resti-
 tuat. Hæc cum dixisset Iesus, populus qui hætenus
 cibi spe ferebat vtcunq; sermonē, nunc posteaq; vi-
 dent ademptā spem pastus corporalis, vertuntur ad
 calumniā, & quē saturi volebant regem facere, nunc
 vt humilē contēnunt, atq; vt arrogantē criminantur,
 non adhuc quidē palā, sed inter ipsos murmurantes,
 præsertim de hoc dicto, quod omnium maxime debe-
 bāt amplecti: Ego sum panis viuus, qui de cælo descē-
 di. Inha-

Vt ois
 q videt
 filiū.

di. Inhiabant enim cibo corporis, atque hoc dicto si bi videbantur delusi, cum res longe præstantior offerretur, quã illi expectarant. Offendebat autem eos imbecillitas humani corporis, quod tantum cernebant oculis corporeis, cum ex dictis factisque diuinã virtutem perspicere potuissent, si habuissent oculos fidei. Nonne, inquiunt, hic est filius Ioseph fabri, cuius nos etiam de facie cognouimus patrem & matrẽ, homines humiles, & tenues? Porro cũ nuper sit hic apud nos natus in terris, homo ex hominibus quẽ admodũ nos, qua fronte dicit se descẽdisse è coelis? Aut quẽ aliũ patrẽ nobis memorat? Hęc illis iter sese inuassitantibus, Iesus subinde declarãs sese nõ latere cogitationes hominũ, superiorẽ sermonẽ explanat, pariter & cõfirmat, dicẽs: Non est quod inter vos murmuratis de his, quæ vobis loquutus sum. Ideo sermo meus nõ hæret animis vestris, quã obstat incredulitas. Videntes, nõ videtis, & audiẽtes, nõ auditis, & præfentes, estis absentes. Quisquis autem ad me venerit, vitã æternã assequetur: sed fide venitur ad me. Ea non contingit temere, sed patris afflatu, qui quẽadmodũ per filiũ attrahit ad se mentes hominũ, ita secretis inspirationibus fidei, trahit ad filiũ, vt per vtrunq; veniatur ad vtrunq;. Non impartit ille tantum munus, nisi volentibus, & auidis. Quisquis autem promeruerit sua prompta voluntate, pioq; studio, vt attra-

hatur

Nemo
põr ve,
iure ad
me.

hatur à patre, per me vitā æternā cōsequetur. Nam ego mortuū etiam ad vitam, vt dixi, reuocabo, cum venerit ille supremus dies, quo consumabitur piorū felicitas, & impiorū exitium. Rem magnam accipit, qui mihi credit, sed hoc ipsum debet patri, sine quo nemo potest credere. Nec tamen interim excusantur à crimine, qui non credunt, eo quod non fuerunt attracti. Pater enim quod in ipso est, cupit omnes attrahere. Qui non attrahitur, ipse in vitio est, quia se subducit attrahere volenti. Humana discuntur humano studio: hæc philosophia cœlestis non percipitur, nisi arcanus patris afflatus reddat illi cor docile. Nimirū hoc ē, quod olim etiā fore prædictū est à prophetis: Eterunt omnes à deo docti. Sed indociles reddunt multos huius mundi cupiditates, quæ dū demergūt in hæc terrena, non sinunt animū erigi ad cœlestia. Donū est dei, sed vester est conatus. Frustra quis audit corporeis auribus sermones meos, nisi prius intus audiat secretā patris vocē, quæ mentē afflat insensibili gratia fidei. Proinde quicūq; se præbēt idoneos hoc afflatu, hos sic attrahit pater, & is demū venit ad me, qui sic fuerit attractus. Deus em̄ spiritus est, nec audit, nec videt, nisi spiritalibus. Et sic vidisse, sic audisse salus est. Filium multi videbunt, & audient suo malo. Quanquā vos gloriamini, Mosi & Prophetis conspectum & auditum deū. Deum vt est, nemo mortalium

Nō qd̄ patrē viderit qf quam.

taliū vidit, aut audiit. Hoc soli filio datū est, qui solus
 à deo profectus est, apud quem semper fuit antequā
 Amen veniret in hunc mūdū. Excutite igitur ex animis ve
 amē dī stris, sordidas curas huius vitæ corporalis, adnitentes
 co vo/ vt vitā æternā, spiritaliū bonorū auuiditate cōsequa
 bis.

mini. Excidat vobis panis ille, quo satiantur corpora:
 appetite panē cœlestē, qui vitā largitur æternā. Is fide
 sumitur, & fides à deo patre est impetranda. Illud ha
 bete pro indubitato.

~~Qui fonte fiduciam habet, in me
 immortale vitæ æternā, cū fontem habeat immortu~~

Itatis Ego sum ille panis, qui vitā præstat, nō corpo
 ralē, ac tēporariam, sed animæ, & æternam. Me cū ha
 beatis præsentē, tamen manna desideratis, ceu rē mi
 rificam. Atqui manna, quod ad dies aliquot ederunt
 vestri maiores in deserto, quanquā è cœlo defluerit
 vt vos putatis, nihil tamen aliud illis præstitit, q̄ pa
 nis triticeus præstat, aut ordeaceus. Ad breue tem
 pus famem corporis pepulit mox recursuram, ac de
 nuo cibum flagitaturam, non autem præstitit eis im
 mortalitatem. Nam maiores vestri quamlibet felices,
 quotquot illo manna vescebantur, mortui sunt. Hic
 panis vere descendit è cœlo, ac cœlestem à deo vim
 habet efficiendi, vt si quis eo vescatur, totus viuat in
 æternum, nec vnquam morti sit obnoxius. Non est
 igitur necesse, vt vllum manna flagitetis è cœlo, cum
 panem habeatis vere cœlestem præsentem ac pa
 ratum

ratum vobis, qui vitam eternam largitur, si modo per fidem velitis sumere. Nam ipse ego sum panis ille vitae immortalis largitor, qui solus de caelo descendi, quem vos offensi corporis huius infirmitate, nihil aliud esse putatis, quam Ioseph & Mariae filium. Sum enim sermo dei patris, cui qui crediderit, vitam habebit immortalem. Si quis hunc panem coelestem traiecerit in anime suae viscera, vegetabitur, & adolescet in vitam aeternam. Quod si nondum assequimini spiritualia, qui per

Et pa-

pe carnales, dicam etiam aliquid crassius, & affine carnis queni. Panis vitalis est & haec caro, quam videtis, quam ego dabo pedam ac tradam in mortem, pro redimenda totius mundi bo-

di vita. Credite, sumite, & vivite. ~~Hoc sermone domi-~~

~~nus Iesus per enigmata quaedam subaperuit illis my-~~

~~steria diuinitatis suae, per quam semper fuit apud pa-~~

~~tre deum, & mundi suae, quae mundum erat liberatu-~~

~~rus, a mortis tyrannide. Postremo mystic corporis,~~

~~cui nisi quis per fidem insitus fuerit, & inhererit sicut~~

~~palmes inheret viti, non habebit in se vitam. Nec igno-~~

rabat horum sermonum id temporis nondum esse ca-

paces Iudaeos, sed tamen haec mysteriorum semina con-

ditata in animis bonorum, futurum sciebat, ut olim enasce-

rentur, & fructum copiosum afferrent. Cum igitur haec

illis absurda dictu viderentur, nec auderent appellare

dominum, orta est inter ipsos opinionum dissentio, aliis

aliter atque aliter interpretantibus, quod dicebatur.

Etenim

Etenim quemadmodū Nicodemus non capiebat sermonē Iesu de cœlesti renascentia, nec Samaritana mulier intelligebat ænigma Iesu, de aqua saliente in vitam æternā, ita crassior populus disceptabat, qui fieri posset, vt homo daret carnem suam aliis edendam, sic vt ea sufficeret omnibus ad vitam æternā. Inuitarat enim omnes ad edendum panem cœlestem, ac deniq; dixit carnē suam esse panē. Quomodo vescemur, inquit, hominis viui carne? Rursum Iesus non ignarus, quae de re disceptarent, nondum ostendit, qua ratione possit sumi caro, vice panis, sed quod illi iudicabant absurdum, & fieri nō posse, hoc nunc confirmat esse necessarium. Illud, inquit, habetote pro certo, nisi me totū sumpseritis, hoc est, nisi pro pane comederitis carnem filii hominis, & pro vino biberitis sanguinē eius, non habebitis vitam in vobis. Contra, quisquis edit carnē meam, ac bibit sanguinem meum, habet ex esu potuq; vitam æternam. Nec solum viuet anima felix hoc cibo potuq;, verum etiā resuscitato corpore, totus homo mecum vita æterna fruetur. Quemadmodū enim

Et ego bra digestus, transit in substantiam corporis, vt iam resuscitatus idem sit cibus & homo vescens eo, ita vice versa, qui tabo eū me comederit, spiritualiter in me trāssormabitur. Porro quum ipse sim author ac princeps resurrectionis, uisissimo non patiar mea mēbra diuelli à me. Sed quisquis mihi
per

per huic cibum ac potum insitus fuerit, eum resuscitabo in nouissimo die, vt quoniam totus mihi credit, totus etiam mecum viuat in æternum. Hoc non præstat cibus corporalis, neq; manna, quo vos gloria mini, sed hoc præstat esus corporis mei, & potio sanguinis mei. Proinde caro mea vere est cibus qui præstat immortalitatē, & sanguis meus vere est potus, qui confert vitam æternam, non corpori tantum, sed toti homini. Quemadmodum autem vita corporis, quod alitur cibo quotidiano, ne deficiat ante diem, omnibus corporis membris communis est, propter indiuiduam inter se partium omnium societatem, quod quum sint diuersa corporis membra, vnū tamen corpus sit, quoniam eadem vegetantur anima, ita qui carnem meam edit, & sanguinem meum bibit, sic mihi copulatur & cohæret, vt nec ego ab illo, nec ille à me diuelli possit. Nam ego sum in illo per spiritū meum, per quem illi vitam impartio: & ille in me est, velut membrū in corpore, aut palmes in vite societate indissolubili. Pater qui misit me p̄cipalis fons est omnis vitæ. Huic quisquis iungitur, vitæ fit particeps. Quemadmodum igitur pater est in me, & mihi vitā impartit, ac vitam aliis tribuendi potestatem, ita qui me comedit, mihiq; mystico esu potuq; sic iungitur, vt mecū vnū fiat, huic & ipse vitam impartia non ad breue tempus duraturam, sed æternam. Quicquid terrenū

terrenū est, idem & temporariū est, & parum efficax. Māna quod sub duce Mose, vobis è coelo fluxit, quoniam coporis erat cibus, non potuit maioribus vestris æternā præstare vitam. Quum enim illo vescerentur omnes, tamen mortui sunt, neq; quisquā è tanto numero superest: pleriq; etiam secundū animam mortui sunt, quod multis modis deum prouocarint ad iram. Verū hic panis, qui vere de coelo descendit, coelestem habet vim, ac vescenti dat vitam æternam. Huiusmodi sermonibus dominus Iesus erudiebat rudē & crassam multitudinē, ab amore rerum visibiliū, & corporalium subuehere cupiens illos ad studium rerum celestium & æternarum. Locutus est autem hæc in synagoga, frequentēq; plebis conuentu, doctoris personā gerēs. Quanquam tantum aberat vt crassus populus horum mysteriorū celestium capax esset, vt discipuli quoq; cōplures offensi, pararint à suo magistro desiscere, murmurantes inter sese: Durus est hic sermo de comedenda carne viui hominis, & bibēdo sanguine. Cuius aures ferant huiusmodi doctrinam? Iesus intelligens, quid inter se murmurarent, mederi conatur illorum offendiculo, prædicens maiora conspecturos oculis suis, quā nunc audiant ipsum de se prædicantem: & sermonē quem dixerat de carnis suæ esu, deq; sanguinis potu, nequaquam absurdum esse, nec abominandum, sed blandum ac salutiferum, si non iuxta crassam

crassam

crassam illorum intelligentiā, sed iuxta spiritualem sensum acciperetur. Conuersus igitur ad discipulos, quos ob consuetudinem actam cum Iesu, visaq; miracula, conueniebat ultra vulgus hominū sapere, hunc in modum obiurgauit illorum tarditatem: An hic sermo vestras aures offendit, quod dixerim me panē esse profectum ē cœlo, qui vitam daret mundo? Vtrū est difficilius iuxta crassum humani sensus intellectum, descendisse ē cœlo, an ascendere in cœlum? Quid ergo si videritis olim hunc filiū hominis, quem videtis humano corpore indutum, ascendere in cœlum, vbi prius erat antequam descenderet, priusquā hoc haberet corpus mortale? Hoc datū est sensibus vestris, non vt semper sapiatis carnem, sed à carne proficiatis ad spiritū. Spiritus descendit de cœlo, & corpus humanū assumpsit: caro iam spiritalis facta, subducetur in cœlū, ne semper ametis carnem, sed per carnem instituti, proficiatis ad cœlestia. Nam caro per se nihil prodest, spiritus est qui donat vitam. Quid est enim corporis humani moles, si non adsit spiritus? Ita sermo meus, secundum carnem intellectus, non conferet vitam, nisi veluti cœlestem spiritaliter intelligatis. ~~Carnē & sanguinē meum appello doctrinam meam~~, quam si per credulitatē auide sumpseritis, ac in viscera mentis traieceritis, vegetabit animos vestros, vosq; mecū vnū efficiet, sic vt meo spiritu viuatis in æternum: quem

I admodū

admodū eiusdē corporis mēbra, quā diu coherent,
 communi spiritu viuunt. Atq; huius societatis vobis
 mysticum symbolum relicturus sum, carnem meam,
 & sanguinem meū, quod ne ipsum quidem sumpsis-
 se profuerit, nisi secundū spiritum sumpseritis. Proin-
 de nolite sermonem meū auersari, si carnales adhuc,
 nondum vt oportet intelligitis, sed potius date ope-
 ram, vt intelligatis. Nam verba quæ locutus sum vo-
 bis, non sunt carnalia, quemadmodum vos interpreta-
 mini, sed spiritus sunt & vita, quia spiritualiter intelle-
 cta vitam conferunt animæ. ~~Hæc qui recte sumit, is
 edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, & vi-
 tam æternam mihi copulatus, lucrifacit. Qui vero re-
 spuit, perseuerat in morte ob delicta vitæ pristinæ, &
 ob incredulitatem, mortis damnationem sibi condu-
 plicat. Respuit autem panem hunc oblatū, qui sermo-
 nibus meis non credit. Scio quibusdā hæc frustra di-
 ei, non ignarus esse quosdam inter vos, qui fidē non
 habent dictis meis, & vitam oblatam auersantes, sibi
 perniciem asciscunt. Hęc ideo locutus est dominus Ie-
 sus, quem nihil fugiebat, etiam ante quā hæc verba
 faceret, qui nam ex discipulis essent credituri. Quin &
 illud sciebat, inter duodecim discipulos, quibus apo-
 stolici cognominis honorem indulsit, quosq; sibi pe-
 culiariter, veluti certissimos amicos delegit, vnum fo-
 re qui se Iudæis proderet ad necem. Hos igitur notās~~

Iesus,

Iesus, quod cū eundē cum ceteris sermonē audirent, & vnus ē duodecim ex eodē pane comesurus esset cū cæteris, ex eodem poculo bibiturus, tamen non consequerentur vitam, quod panem cœlestem non spiritaliter, sed carnaliter fumerent, adiecit: Propterea paulo ante dixi vobis, neminē posse venire ad me, nisi fuerit ei datū cœlitus à patre meo. Nihil est, hanc audisse vocem, nihil est hoc corpus vidisse, & contigisse, nisi pater cœlestis dederit oculos fidei, quibus salubriter cōspiciatur, nisi dederit aures mentis cœlestes, quibus cum fructu audior. Hæc verba Iesu plena salutiferæ doctrinæ, non descenderunt in animos eorum, quibus mēs erat terrenis cupiditatibus occupata, quicq; præter crassam Mosaicæ legis religionem nihil cœleste capiebāt. Itaq; post hunc sermonem complures, non solum ē populo, verū etiā ex Iesu discipulis, qui hætenus illum sequuti fuerant, defecerunt à magistro, & vnde proficere debuerant, si recte accepissent, facti sunt deteriores, adeo, vt etiam à consuetudine, conuictūq; Iesu se subducerent, ipso facto veluti damnantes illius doctrinam. Iesus autem iam tum formā exhibens Euangelicis doctoribus, nec abiecte laborat vt remaneant, ne, quod ceteri solent, videatur egere comitatu illorū, nec conuiciatur abeuntibus, ne suam gloriam quæsisse videatur magis q̄ illorū salutem: nec prorsus tamen alienat à se, qui fortassis post erāt sese ad mentē meliorem

Nunquid & vos vultis abire?

1 2 cōuersuri

164 IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

conuersuri: sed illis discedētibus, vt ostenderet eos suo vitio offensos, abire, nec sermonem prorsus suo fructu cariturum, etiam si qui per incredulitatem se redderent indignos coelesti dono, conuersus ad duodecim, quos ascuerat sibi peculiare testes ac praecones omnium quae gerebat, sic elicit illorum professionem, vt nec hos blanditiis retineret, veluti suum agens negotium, potius quam illorum, nec minis aut iurgiis terretaret, ne coacti magis quam persuasi, Iesum sequi viderentur. Nullus enim ad fidem euangelicam compellendus est, & Iesus mauult aperte deficientem, quam fictum & fucatum comitem. Discedentibus itaque caeteris, dicit Iesus illis duodecim. Num & vos vultis abire? Liberum est, nisi intelligitis vestra referre, vt permaneat. Equidem cupio munus hoc coeleste omnibus contingere per me, sed nec auersantibus dandum est, quia non promerentur, nec quisquam accipere potest, nisi fuerit appetens. Vt autem appetat aliquis, & hoc patris donum est. Hic Simo Petrus simplicis & ardentis fidei semper in Iesum, totius ecclesiae personam gerens, caeterorum quoque nomine magna alacritate respondit: Absit domine vt te deseramus, alioqui cum simus auidi salutis aeternae, cumque non ignoremus quam frigida sint ea quae docent pharisaei, cumque audierimus Ioannem de te testificantem, ad quem alium abibimus? Solus enim loqueris quae vitam conferunt aeternam. Non abiges nos semel admissos

missos, qui nullū non recipis: neq; nos cupimus mutare dominū, mutaturi in petrus, quencunq; delegerimus. Nos enim non solum tuis dictis freti credimus verumetiam ex ipsis factis cognitū habemus & compertum, te esse Christum illū filium dei, à quo solo speranda sit oībus æterna salus. Hanc tam magnificā Petri de se prædicationem, nec admiratus est Iesus, ne laudibus hominū capi videretur, nec respuit, ne qd̄ verum erat, abnegaret, sed omnes adhortans, vt in ea professione perseuerarent, quā Simon omnium ædidisset nomine, subindicauit vnum ex illis paucis futurum, qui non solum abiret à se, quēadmodum ceteri discipuli fecerant, verumetiam pactus cū aduersariis, proderet magistrum suum in mortē. Id autē recte significare maluit, vt nec Iudam proderet, ne cui merito putaretur vltus dominum hoc conuicio prouocatus, & eodē sermone redderet oēs sollicitos, ne sua culpa in tam impium facinus prolaberentur. Quid, inquit, miramini iam aliquot à me discipulorū abiisse? Nonne ego vos vt eximios ex omnibus delegi? Et tamen è tam paucis, & singulariter delectis, vnus diabolus est, delaturus eum cuius corpus ederit & sanguinem biberit, iuxta carnem non iuxta spiritū, cuius audierit sermonem, cuius miracula conspexerit. Nolite igitur deficere ab iis quæ cœpistis, quēadmodū illi fecerūt, quos vidistis abire, sed semper ad me

liora proficientes p̄seuerate, donec efficiamini digni
qui vescētes sp̄ualr cibo doctrinę meę celestis, & p̄
hęc in me trāsformati, vitam æternam cōsequamini.

CAPVT. VII.

CAeterū, vbi dñs Iesus huiusmodi sermonibus
coelestia quædā, & homine maiora sonātibus,
æditisq; miraculis sibi magnā cōflasset inuidiā apud
suos, quib; hoc erat cōtemptior, qđ domestice quo-
q; not; esset: exacerbatat autē inuidiā, domus ac parē-
tū humilitas: versatus est in Galilæa. Nō enim illi iā
tutū erat in Iudæa viuere, quod eius regiōis hoies iā
dudū vitæ illius molirent̄ insidias: nō quod mortem
metueret Iesus, aut nō illi fuerit in manu, quoties vi-
sum fuisset ē mediis insidiis elabi, sed hominis p̄sonā
gerens, discipulis suis imaginē quandā futurorū ob-
iecit, quib; cumenturū erat, vt ob Iudaicę gētis mali-
ciosam incredulitatē, ad gentes demigrare cogerētur.
Instabat autē dies Iudęis cū primis festus ac religio-
sus, quē Græci scenopegiā appellant, ob memoriam
priscorū patriarcharū, qui vitā agebāt in tabernacu-
lis, subinde mutātes sedē, typo quodā iam tum adū-
brantes, qualē oporteat esse vitā eorum, qui profiteā-
tur Euangelicā doctrinā. Qm̄ autē ad diē festū, ma-
gna vis hominū ex vniuersa Syria, ac finitimis etiā
regionibus cōfluere solet Hierosolymā, ob tēpli cele-
britatē, cuius religio tum apud ethnicos etiā erat ve-
nerabilis,

nerabilis, cognati Iesu rudes adhuc, & humanis affectibus obnoxii, freti propinquitatis iure, confidentius quā par est, hortantur eū, veluti gloriæ quidē auidū, sed subtimidū, animoq; minus quā oporteret presentī, vt si fideret suis præfidiis, nō latitaret iter Galilæos alienigenas, sed Hierosolymis in mediā hominū luce, frequētiaq; præstaret ea, quæ tā magnifice de se fuisset locutus. Instat, inquiūt, dies celebris, relicta Galilæa, in qua iam nimium diu latitas, cōfer te in Iudæā florentissimam regni partē, & Hierosolymā, toti⁹ Iudaicæ gentis caput. Illic licebit plures discipulos colligere, si viderint oēs quæ facis. Nullus enim si velit haberi magn⁹, ea facit in occulto, per quæ parari possit apud hoies opinio. Si de cœlo descēdisti, & tanta potes, quanta de te prædicas, fac vt mūdo sis notus. Nemo vero miret^r hāc orationē cognatorū dñi Iesu, carnalē, arrogantē, atq; etiā impiā. Siquidē id tēporis, ne hi quidem tum credebāt ei, qui illi fratres erāt, & arcta familiaritate iungebantur, quorū aliquot tamē post in apostolorū numero Christi gloriam cōstantissime prædicarūt. Iesus itaq; pro sua singulari mansuetudine, leniter suorum confidētiam correxit, significans in eo quod pro salute generis humani gerebat in terris, nihil habere iuris carnalem propinquitatē: sed totum hoc quoniam erat cœleste, ex patris cœlestis autoritate temperādū esse: se nec metuere mora

tem, quam volēs pro salute generis humani suscepturus esset: nec affectare gloriam huius mundi, cuius odium in se prouocaret vera loquendo, & affectibus mundanis contraria, tempus, inquit, meum nondum aduenit. Id ubi hortabitur, non erit opus vestris monitis. Quomodo & quando me oporteat innotescere mundo, ex patris cœlestis pendet decreto, non ex humano consilio. Ego qui patris arbitrato veni, meū habeo tēpus. Vestrū autē tēpus, qui humano affectu ducti, gloriā huius mūdi quæritis, & in me iuxta mundanū sensum gloriari vultis, semper paratū est. Tuto potestis ire quò lubet: quādo mundus vos vt sibi cōsentiētes diligit. Ego non venor gloriā apud mundū hoc affectu, quo vos venamini: nā gloriā patris mei quæro, & salutem hominum molior. Tantum autem abest, vt apud mundum captem gloriā, aut laudē, vt odium potius illius in me concitem, dissentiens ab illius cupiditatibus, ac palā testificās, quod mala sunt opera illius, in quibus tamen ille fictam pietatē & falsam felicitatem collocat. Habēt iudæi suos dies festos quos iam olim abominatur deus. Immolant enim victimas ingratas, & inuisas deo, cū manus interim habeant sanguinis plenas: & in diebus his, quos volūt videri puros & sanctos, moluntur necē innocētibus. Mihi vnus dies vere festus est spiritualiter celebrandus, quo pater delectatur. Is nondū aduenit: ubi venerit,

nerit, occurram vltro. Vos qui carnales adhuc estis, & mundum sapitis, ascendite ad hūc festum diē. Ego nō ascendo vobiscum ad istū diem festum, quia tempus meum nondū impletum est. His dictis dominus Iesus ablegavit ab se cognatos suos secundū carnē, quorum authoritatem & affectus semper solitus est submouere, quoties Euangelicū esset agendum negocium, quod quoniā totum patris arbitrio volebat ascribi, non patiebatur humanis rebus inquinari. Sic matris authoritatē cohercuit in nuptiis: ac rursus à sermone Euāgelico indignatur sese per matrē & cognatos euocari foras: & aliquantisper in Cana cōmoratus cū propinquis suis, relictis illis aggreditur prædicandi negociū. Deniq; pendēs in cruce matrē mulierē appellat, velut in eo negotio matrē nō agnosces. Quin & puer adhuc duodecim natus annos idignatus videtur, qđ illorū authoritate ab his quæ patris ipsius erāt auocaretur. Illi igitur existimantes Iesum non venturū ad diē festum metu Iudæorū, soli profecti sunt. Ipse vero descēdentibus illis remansit in Galilæa, sic omnes actiones suas temperās ac dispēsans, vt nunc humanæ naturæ præberet argumēta, ne nō verus homo fuisse putaretur: nunc diuinæ virtutis præferret indicia, ne tantum homo crederetur. Postea q̄ autem abissent fratres eius ad diem festum, tum profectus est & ipse, vt satis esset perspicuū, se non tam metu

metu Iudæorū abstinuisse à conuentu solēni, quān
 vt fugeret comitatum suorū cognatorum, quos ad
 huc carnales nolebat Euangelico negotio admisceri.
 Venit autem Hierosolyman, nō ostentās sese, sed ve
 luti furtim & occulte, videlicet magis irritaturus ex
 pectationem sui, & maiore fructu suo tempore prodī
 turus in publicū. Nouerat enim animos pharisæorū
 quod iam pridem hoc agerent clanculariis consiliis,
 vt in die festo per occasionem illi manus iniicerent.
 Quum igitur adesset quidem Hierosolyms, cæterū
 nō prodiret in publicū hominū cœtū, quēadmodū
 consuevit, Iudæi obseruabāt illū, si venisset ad diē fe
 stum: quumq; desideraret illius cōspectus, quærebāt
 inter se vbi nā esset. Iāq; in eum velut absentem varii
 sermones in populo ferebātur, quod nō esset eadem
 omniū de Iesu opinio, nec eadem omniū studia. Nō
 nulli siquidem populares, qui miraculis ab illo ædi
 tis interfuerant, qui sermones audierant, qui mansue
 tudinē e congressu fuerāt experti, dicebāt Iesum esse
 bonum virum, & indignum, in quem aliquid acer
 bius molirentur. E diuerso sacerdotes ac pharisæi,
 quos iam pridem male vrebant Iesu gloria, negabant
 illum esse bonum virum, qui turbā veluti seditiosus
 ad se pelliceret, & ab sacerdotum, scribarum, & pha
 risæorum reuerentia reuocaret. Hæc vero clancula
 riis susurris spargebantur de Iesu, quum interim ne
 mo

mo palā aunderet de illo bene prædicare, quum essent nō pauci, qui bene de illo sentirent. Metuebant enim Iudæorum proceres, quibus intelligebant Iesum esse vehementer inuisum, quod ipforum autoritatē, suis dictis factisque videretur imminuere. Porro quod ad tempus latitauit Iesus, māsuētudinīs erat ac modestiæ, ne liuorem pharisæorum nihil præter occasionē occidendi captantiū, vltro prouocasse videretur. Quod prodiit, datum est his quos sciebat sua doctrina profecturos ad salutē, quum nō ignoraret pharisæos & scribas nihil aliud quā efferaciores etiā futuros ex his quæ dicturus, aut gesturus esset pro salute mundi. Optabat enim dominus, humanæ salutis auidissimus, si fieri potuisset, suam doctrinam omnibus salutiferā esse: tamen non erat tantum tribuendum quorundā peruersitati, vt simplicibus Euangelica doctrina subtraheretur. Itaque quum iam dimidiū festi peractum esset, Iesus palām ingressus est templum, atque illic docebat populum, nō pharisaicas constitutiones, aut legis ceremonias mox desituras, sed philosophiā Euangelicam. Iudæi vero quum doctrinā illius calumniari non possent, tamen autoritatem apud populum student adimere: admirantes, quod quum esset idiota, & literarū rudis: nunquam enim institutus fuerat in doctrina pharisaica, cuius professione turgebant illi: vnde nactus esset ea, quæ è sacris voluminibus magna

magna

magna sapientia depromebat, velut insimulantes eū quod dæmonium haberet, aut alia quavis arte magica scientiam esset consequutus earū literarū, quas ab hominibus nō didicisset. Quomodo, inquiūt, hic faber, fabri filius literas scit, quum eas nunquā didicerit? Iesus autē vt nobis mansuetudinis ac modestiæ præberet exemplum, suspicionem tam impiā leniter submouet, ostendens suā doctrinā nō esse profectam ab hoīe, sed nec à dæmonio, sed à deo, quē ipsi quoq; colerent, & cuius gloriæ deberent fauere, si vere pī vellent haberi: ipsum vero nec doctrinam, quā admirabantur, nec gloriam, cui inuidebant, sibi vindicare, sed totū esse patris cœlestis, cuius negotium ageret. Porro quū legis à deo traditæ perfectā scientiā sibi arrogarent, aliosq; ceu indoctos idiotas fastidirent, æquū erat vt si vere tenerent scripturarū sciētīā, agnoscerent doctrinā ab eodē profectam, vnde lex erat perfecta, ni liuor & odiū, propriæ gloriæ studiū, questus amor, similesq; cupiditates prauæ mentis iudicium excearent. Nec enim deum sibi contrarium esse, vt nunc aliud doceat per filium, quā antea tradiderit per legem. Respondit igitur Iesus, omnium arcanorum conscius, illorum clanculario murmuri in hanc sententiā: Mea doctrina, quam admiramini, vnde mihi contigerit, quum ab homine literas non didicerim, non est mea. (Non enim nouam aliquam humanam doctrinam

doctrinā vobis adfero, diuersam à volūtate dei, ac mēte legis à deo traditæ) sed est patris mei qui me misit in mundū, vt mundus seductus variis hominū doctrinis, & impiis cupiditatibus obcæcatus, per me cognoscat illius voluntatē, cognitā sequatur, & sequendo vitam assequatur æternā. Hæc est autem illius voluntas, vt credentes dictis filii, per quē ille vos docet ac loquitur, salutē æternā adipiscamini. Id quod minus velint multi, liuor, odiū, ambitio, quæstus, cæteræq; cupiditates malæ in causa sunt. Quod si quis depulsa malicia, simplici corde voluerit voluntati patris obtēperare, potius quàm suis prauis affectibus, is facile agnoscat doctrinā meā non esse hominis, aut dæmonis nouū inuentū, sed à deo profectā esse: nec me quod loquor ex humano sensu loqui, sed ex mente patris, cuius legatus sum. Homines qui suæ gloriæ student magis quàm dei, quo pluris fiant apud mundū, nouas ac suas doctrinas anteponunt doctrinæ dei. Malunt enim authores haberi doctrinæ humanæ, cuius tota gloria in solidū ad ipsos redeat, quàm diuinæ doctrinæ præcones: maluntq; ea docere, quæ ipsis gloriam ac lucrum concilient, quàm quæ gloriā & honorē pariant deo, aut salutem proximo. Ceterū qui non querit propriā gloriam, sed eius à quo missus est, hic omnia sincere loquitur, nec huius doctrina vel erroribus obnoxia est, vel ambitionis, auaritiæ, liuoris, odii, cupiditatibus vitata.

Nónne
Moses
dedit.

vitiata. Ego non aliud doceo, quã quod per legẽ vos docuit deus, si quis legis mentem recte intelligat: nec aliud facio, quã quod lex præscripsit. Vobis qui me contemnitis, sacrosancta est Mosi authoritas. An non ille vobis tradidit legem acceptam à deo? Legis scientiã & obseruationẽ vobis arrogatis, quum nemo vestrum sit, qui vere seruet legem secundum dei, qui legẽ tradidit, voluntatẽ, imò legis prætextu ea molimini, quẽ maxime punit ac detestatur lex. Mihi blasphemiam impingitis, quia dei gloriam quero magis, quã gloriam hominum. Sabbati violationem obiicitis, qui in sabbato seruarem hominem, quũ vos sabbati religio non cohibeat, quo minus exitium moliamini innocenti: nec innocenti solum, verũ etiam bene merenti? An istuc est magnificare Mosen, quem mihi præfertis? An hoc est reuereri deum legis authorem, quem ficta religione colitis? Nónne lex execratur eum, qui sanguinem fundit innoxium? Nec permittit occidendũ nisi in maleficos: nec in hos, nisi legitime cõuictos ac damnatos. Mihi vero, qui missus à deo, voluntatem illius vobis iuxta legis mentem prædico, qui nõ meam, sed illius gloriam quero, qui non mihi regnũ, aut opes affecto, sed omnibus gratuitam salutem offero, qui lædo neminem, benefacio omnibus, quare contra legem molimini necem? Hæc Iesu vox duplici nomine perturbauit animos pharisæorum: primũ, quod

quod animaduertērent clancularias licet machinationes suas nō latere cōscientiam illius, quem credebant facilius è medio tolli potuisse, si quod moliebantur fecellisset: deinde quod illos qui se videri volebant legis obseruātissimos, legis impiæ violatę reos ageret apud populum. Non verebantur dei conscientiam insidiantes innoxio sanguini, sed populi conscientiam metuebant. Itaque vt apud multitudinem tam impii facinoris conscientiam, confidentia dissimulent, ad manifesta conuicia confugiunt: qui mos est improbis in maleficio deprehensis, quod excusari non possit. Dæmonium, inquit, habes, quum patrem deum iactes doctrinæ tuæ authorem. Deus verax est, tu dæmonis instinctu mentiris. Quis tibi machinatur necem? Ad tam vesanam blasphemiam, dominus Iesus non regressit conuicium, ne furorem adderet furentibus: sed nobis lenitatis exemplum præbens, mansuete facti sui, quod calumniabantur, reddit rationem. Siquidem quum ipsi legem violarent in omnibus, tamen Iesum violatę legis insinulabant, quod paralyticum sanasset in sabbato. Ego, inquit, die sabbati vnum quoddam opus feci, neq; malum neq; sordidum, sed quo salutem homini calamitoso contuli, quod vos quoq; non possetis non approbare, si non fuisset factum in sabbato. Verum illi magis violant sabbatum, qui hoc moluntur in sabbato, quod quouis die factum

factum impiū est . Non est tanta sabbati religio, quin his rebus debeat cedere, quæ maioris sunt momenti, & quouis die piæ sunt . Hoc exemplum si vobis ipse Propte Moses, cui tantum tribuitis, ante me præbuit : si lex rea Mo ipsa docet op⁹ fieri posse, nō violato sabbato, aut me ses de / absoluat is necesse est, aut simul mecū damnetis & Mo dit vo / sen, imō legem ipsam, si quicquid ille tradidit, lex est. bis cir / Moses enim vobis tradidit circuncisionē. Non quod cūcisio simul cum lege nata sit circuncisio, sed quod ante legē nem. fuerit à deo tradita patriarchis: & hoc nomine maioris momenti videtur circuncisio, quā sabbatū, quia legem præcesserit, ac legis veluti caput sit. Sed idē Mo / ses qui præcepit circuncisionē, præcepit sabbatū. Vos in sabbato circunciditis hominem, nec videmini vo / bis violare sabbatū, ob circuncisionis dignitatem, cui putatis æquū vt cedat sabbati religio: quēadmodū & in templo leuitæ & sacerdotes operantur ea, quæ per / tinent ad rē diuinā, nec sibi videntur violare sabbatū, quod existiment id quod agunt sanctius esse, quā vt ob sabbatū debeat omitti. Quod si vos circunciditis hominē in sabbato, ne præputio differat à vobis, nec hoc opere putatis violari sabbatum, quur meo opere clamatis indignabundi, violatum sabbatum, qui non vnā hominis partem curarim, sed totum hominem seruarim in sabbato? Circuncisio tametsi lege prior, & legis quodāmodo caput est, tamen perpetua non est.

Erant

Erant enim homines deo chari, prius quam esset præputii circumcisio: & erit tempus, cum deus auersabitur carne circumcisos, mente incircuncisos. Cæterum proximo miserabili salutem corporis & animi conferre, quemadmodum maius ac sanctius est opus, quam circumcidere hominem: ita perpetuo bonum, ante legem, sub lege, & post legem, quia suapte natura bonum est. Quur in simili causa, imò cur in causa, quæ ad me pertinet, potiori, Moſen veneramini, me veluti nepharii facinoris reum peragitis? Non enim nunc disputo vter re ſecundum altero maior ſit. Sit vobis Moſes vt eſt, vir eximius. dum factus ſum ego qualis vobis videor, humilis, & cõtemptus: tamen ſi rem ſpectare vultis, aut vterque vobis damnandus eſt, aut abſoluendus vterque. Siquidem hoc quoque vos lex ipſa docet, vt in iudicando rem ſpectetis, non perſonam: & execrabilis eſt, qui diuiti fauens, pauperem opprimit. Proinde nolite iudicare ſecundum perſonæ qualitatem, ſed ex ipſa re iuſtum ferte iudicium, ſi vultis videri legis Moſaicæ tenaces. Hæc atque huiusmodi multa, quum à domino Ieſu tam manſuete dicerentur, vt animum quamlibet ferocem lenire poſſent: tam vera, vt à nemine quamuis impudenti poſſent refelli, obſteſcunt quidem phariſæi, ſed nihilo ſecius perſiſtunt in ſua malicia: nihilo mitiora prementes animis ſuis, quod apud multitudinẽ auſus eſſet ſic à ſe crimen violati ſabbati refellere, vt in ipſos crimen longe grauius megereret

regereret. Tam arrogans erat pharisæorū supercilium
 ut hoc quoq; vellent authoritati suæ tribui, ut inno-
 xius accusatus, veritatis causam desereret potius, quā
 aliquid ipsoꝝ apud populum detereretur authoritatī,
 & dei gloria taceretur, ne quid ipsoꝝ gloriæ decede-
 ret. Et inuenit hoc hominū genus in populo multos,
 qui malint horū peruersæ ambitioni seruire, quā di-
 uinæ obtēperare voluntati. Quidā enim Hierosolymi-
 tæ dicebant. Nonne hic est, cui pharisæi, & scribe ma-
 chinātur mortem, ut qui modo creditus est horū me-
 tu latitare, nec prodire ad diem festum? Ecce palām in
 templo ac libere loquitur illis in os, nec illi respōdēt
 quicquam. Quid sibi vult illorum silentiū? An princi-
 pes persuasi sunt hunc esse Messiā, & nunc silentio cō-
 fitentur, quod prius oppugnabāt? Atqui nō est verisi-
 mile, principes hoc sentire: siquidem omnes nouim⁹,
 vnde hic profectus sit. Non sunt ignoti parentes, hu-
 miles & idiotæ: non est ignota patria, non fratres, reli-
 quiq; cognati. Cæterum Messias vbi venerit, ita ven-
 turus est ut nemo sciat vnde prodierit. Iesus autem vi-
 dens tantam illorū cæcitatē, ut quū prophetia præ-
 dixisset, è Bethleem venturū Messiam, vbi natus erat
 Iesus, reliquaq; prophetiarū in eum signa cōpeterēt,
 tamen excæcati malicia, ob hoc ipsum se negant eum
 scire, quod scirent: & ideo mentiuntur Christū ita vē-
 turū, ut nemo sciat vnde veniat, ne cogantur eū agno-
 scere.

scere. Iesus cuius conscientiam nulla latent hominū secreta, vt hanc multitudinis primorū affectibus corruptæ inscitiā coargueret, quæ hoc spōte nesciret, quod scire poterat, nisi mala mens obstitisset iudicio, voce iam clariore, vt non solum à propinquis, verū etiam à toto populo possit exaudiri, qui in tēplo versabatur: nam is locus potissimum congruit prædicandæ gloriæ dei: palàm docere cœpit qui esset, & à quo missus esset: nec à quoquam ignorari posse, nisi qui aut sponte mallet inscius esse, aut id quod sciret ob animi maliciā nollet profiteri: nos interim suo facto admonēs, vt nonnunquam cedendum est hominum maliciæ, ne magis irritata peccet atrociora, grauiusq; dei iudicium in se prouocet: ita postea quàm nihil non tentatum est, quod ad illos corrigendos pertinet veluti deploratos suo morbo relinquendos esse: nec propter illorum obstinatam impietatem celandam esse dei gloriam, ac proximi salutem negligendam. Si ideo, inquit, non videor vobis ille Messias, quem ex prophetarū oraculis expectatis, quod sciatis vnde venerim, hoc ipsum vos docere poterat me esse illum, qui sic venerim, & ex eo loco sim ortus, vnde prophete Messiam vñ futurum prædixerunt. Audistis Ioannis de me testimonium, videtis miracula, auditis me veritati perhibentem testimonium, nulli rei studentem, nisi gloriæ dei, & vestræ salutis. Itaq; non potestis me nescire,

IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

nisi spōte quod scitis, nescire malitis. Et quomodo dicitis ita vēturum Messiam, vt nemo sciat vnde veniat, quum prophetae & genus & patriam illius designēt? Hæc vobis non ignota, poterant ad prophetiæ intelligentiam proficere: quanquam magis refert illud scire vnde missus sim, quàm vnde prognatus. Ne id quidem vos latere poterat, si puris ac synceris oculis me consideraretis. Nec enim è mundo profectus modo sum, quēadmodū vos calūniāmini, sed ab eo qui me misit in mundum, vt resipiscat & seruetur. Sum enim ab eo missus, qui vobis est incognitus, quod neq; cōspiciatur oculis corporeis, nec auribus audiatur, nec vllō sensu percipiatur humano: sed in hoc missus ab illo sum, vt per me disceretis & illum, quatenus ab homine cognosci potest. Quāquam nec hūc aliquo modo scire potestis, nisi pietate p̄mereri studeatis, vt ipse sui notitiam vobis impartiat. Nesciūt enim illum, qui nō obtēperant illius voluntati. Non enim satis est vobis deum nosse, si factis illum negetis. Si vere patrem nosse vultis, à filio discatis oportet. Ego solus vere novi eum, quoniam ab ipso profectus sum, & apud illū fui prius quàm venirem in mundum: & ab illo missus sum in mundum, vt per me discatis illum, & saluifitis vestra credulitate. Nec enim à meipso veni, quem admodū alii faciunt, suæ studentes gloriæ potius quàm dei: sua docentes commenta, non doctrinam dei. Nam

verus

verus est is, qui me misit, & quoniã quicquid loquor
 ex illo loquor, veri sunt & sermones mei. His verbis
 irritati primores, magis etiam fremebant animis, qd̄
 tantum authoritatis sibi vindicaret apud populum,
 & ipsos palã impiã peruersitatis argueret, gestiebant
 illi manus iniicere. Iam enim ira in rabiem versa, non
 morabatur lentum illud consilium, quo decreuerant
 eum clanculum e medio tollere. Quum autẽ adesset
 prompta voluntas impij maleficii, nemo tamen id tẽ
 poris iniecit illi manum, ita volente Christo, quia nõ
 dum venerat tempus à patre præscriptum, quo sua
 morte mũdo salutem pararet. Quemadmodum enim
 volens mortuus est, ita non nisi volens apprehendi
 potuit. In manu illi erat animos hominũ cohibere,
 quamlibet ferocientes, nec vlla potestas hominũ va
 lere potuisset aduersus illum, nisi sic visum fuisset il
 lius immensæ erga homines charitati, pro mundi sa
 lute crucifigi. Sacerdotibus autẽ, scribis, pharisæis, ac
 populi primoribus, quos ob religionis professionẽ,
 ac legis scientiam oportebat in primis Christũ agno
 scere, ob corruptos animorũ affectus, in impio cõsi
 lio perseverãtib⁹: nõnulli plebei, ac legis ignari, qui vt
 minus habebãt authoritatis ac literarũ, ita plus habe
 bãt bonæ mentis, vtcunq; crediderũt sermonibus ac
 miraculis domini Iesu: nõdum quidem planè persua
 si, Iesum esse Messiam, sed huc tamen adducti rerum

in 3 ab eo

ab eo gestarum magnitudine, vt persuasibiles viderentur. Si hic, inquit, nō est Christus, quemadmodū existimant pharisæi, mirandū tamen est vnde illi suppetat tanta vis ædendi miracula. Etenim si veniret ipse verus Messias, nū maiora facturus sit, quā quæ hic facit? Pharisæi vero cū senioribus, quorū partes erāt, imperitam multitudinē ad Christum allicere, postea quā senserunt multos esse in turba, qui viderentur in eū esse propensiores, eò vesaniæ deducti sunt, vt quocunq; modo statuerent eum esse perdēdum, qui gloriam ipsorum videretur obscuraturus. Tāta pestis est ambitio, religionis ac doctrinæ prætextu fucata. Verum interim nō pudor, aut pietas, sed periculi metus eos à facinore manifesto cohercebat. Subornāt igitur satellites publicos, qui Iesu corā populo manus iniicerent, ac velut nocentē captū adducerēt. Iesus autem qui non ignorabat quid illi clanculum molirētur, nec teneri tamen poterat, nisi voluisset ipse, verborum enigmatibus quibusdam illis significat fore, vt ipse sponte sese mortī, ad quā tum frustra petebatur, offerret. Interim tanto avidius vterentur ipso dū adesset: futurum enim tēpus, vt frustra desiderarent absentē, quem præsentem persequerētur: præsertim quū illis non esset futura facultas eò consequendi, quò se subducturus esset. Ibat enim in mortem, quò nondum illi sequi poterant. Redibat in cælum, quò mortale

tale

tale corpus illū persequi nō valeret. Loquutus est autem hunc in modū: Breue tempus restat qđ vobiscū versor, reuersurus ad eū qui me misit. Tum absentem requiretis, nec inuenietis, nec erit eò consequendi facultas, quò ego proficiscor. Hæc autem dixit tectius, quēadmodū multa solitus est dicere dominus Iesus: vt nō prius intelligerentur, quā essent peracta. Obscuritas autem sermonis excitat inquirendi diligentiam, & certiorē inuenit fidem sermo rebus exhibitis. Deniq; in hoc proficiebat, vt constaret omnibus quicquid passus est dominus, cōsulto passum esse pro nobis, non casu, volentem passum esse, non necessitate.

Quanquam enim hic sermo dictus est omnibus, peculiariter tamen pupugit ministros à pharisæis missos, vt Iesu manus iniicerent, in quem sentiebāt se nihil posse, nisi voluisset ipse. Et dum tacite tangit illorum occultam conscientiam, declarat se scire quicquid quantūlibet abstrusum est in cordibus hoīm, & interim ciuilitate sibi conciliat illorū animos, quorum conatus impios nō prodat populo. Hunc igitur sermonē quū multitudo non intelligeret, disceptabat inter sese. Quid sibi vult qđ dicit: Quò ego vado, vos nō potestis venire? Nū se clam subducturus est, & aliquò in longinquā gentiū regionē abiturus? An sustinebit relicta hac terra sancta, & populo sancto iter impias & pphanas gētes vitā agere, quò nos nō existi-

Nūqđ
dispsio
nē gen
tū itur
rus

in 4 met

In no-
uissimo
aut die.

met sequituros: aut ita vagus errabit inter gētes pro-
cul dissitas, vt à nobis inueniri nō possit? Quid enim
alioqui sibi vult: Queretis me, & nō inuenietis, & vbi
ego sum, vos nō potestis venire? Porro cū iam adesset
vltimus dies eius festi, qui summa frequētia, summaq;
religione celebrari consuevit, quo peracto suā quisq;
domū repetere gaudet, stabat Iesus in templo velut
ipse quoq; relicturus iudaicam religionem, & magni
festi diem eximiū insigni sermone consecrat, simulq;
iter ingressuris, viaticum parat Euangelicæ fidei. Nec
iam loquebatur tantum aperte, verumetiam intenta
voce clamabat, rem esse declarans, quam magnope-
re referret ab omnibus exaudiri. Pharisei populum
simplicē, ficta frigidaq; religione dementabant, & hu-
manis constitutionibus illaqueatum tenebant. Et in
Iesu quidē multitudo præter miracula ferē nihil ad-
mirabatur. Cæterum, quoniā spiritum Euangelicum
nondum hauserant, non ita multū proficiebant. A
phariseorum igitur frigidis doctrinis omnes palam
ad se inuitat, spiritū pollicens, quo semel hausto, non
solū ipsi sint veram & Euangelicā doctrinam asse-
quuturi, verumetiam in alios sua prædicatione copio-
sam sapientiæ vim effusuri. Ego, inquit, fons sum om-
nis salutiferæ sapientiæ. Qui sitit, non est quod petat
à Mose, aut phariseis, scribis, aut sacerdotibus. Veni-
at ad me, bibatq; de fonte hoc. Bibit autem quisquis
credit

credit sermonibus meis. Quisquis igitur crediderit mihi, auidéq; imbiberit sermones meos, quēadmodum iubet scriptura de me testificans, nō arefcet incredulitate, sed haustus diuini spūs pariet ī ipsius corde fontem perennem & copiosum, sic vt ē medio cordis illius emanet, non tenuis modo riuus, verum etiā copiosa flumina quibus irrigetur ariditas gentiū ad Euangelici profectus foecunditatem. Hoc ænigmate Iesus significabat spiritum illum vberē & copiosum, quē post essent accepturi, qui in ipsum credidissent, quo accepto, mox apostoli magna fiducia variis linguis orbi terrarū prædicare coeperunt Euangelicam philosophiā, & coelitus haustū spiritum in omniū credentiū animos diffundere. Quāquā enim id temporis nōnulli fidei rudimenta cōceperant, nondum tamen cuiquā cōtigerat efficax ille, & copiosus spiritus, propterea quod Iesus nondum erat morte & resurrectione glorificatus, nec in coelum ascenderat, cōsessurus ad dexterā patris, vnde spiritum illum missurus erat apostolis. Ante peragendū erat crucis mysteriū, quod peragi nō poterat nisi ad tēpus dissimulata gloria: & illius diuini spiritus capaces esse nō poterāt, nisi prius multis miraculis multisq; dictis ac factis ad id essent formati. Ad hūc igitur fontē aquæ viuæ dominus Iesus inuitat omnes, nec quēquā cōpellit nolentem, neq; quenquā excludit, modo sitiēs veniat. Hæc
atq;

atq; huiusmodi plura cum locutus esset dominus Iesus, quanquã nondũ ad plenũ intelligebantur, tñ varie afficiebãt multitudinẽ. Quidã em̃ cõspectis tot miraculis, tantãq; sermonũ authoritate, dicebãt: Hic vere propheta est: rursus alii magnificẽtius etiã de illo sentientes, dicebãt: Imò hic est ille Messias, quẽ pphe tã p̃miserũt suis vaticiniis. Contra, alii pharisaico fermento corrupti, refellere conabãtur istorũ opinionẽ ex ipsis pphetarũ verbis, quã Messia p̃dixerãt ori turũ e tribu Iuda, & e vico Bethleem. Christus vulgo putabatur esse natus in ciuitate Nazareth, qd̃ illic esset educatus, & ibidem haberet parentes, quodq; à Galilæa cœpit p̃dicationis exordiũ, atq; illic plerũ q; versaretur. Porro Hierosolymitã & tribus Iudaicã Iudæi, Galileos vt gentibus vicinos & admixtos, p̃ semipaganis habebant, q̃ nec legis peritia præcellerent, nec vilum vnquã prophetã habuissent, de quo merito gloriari possent. Tribui vero Iudæ p̃missum esse Messiam, nõ Galileis, e semine Dauid, qui regiã habuerat Hierosolymis, atq; ita Christi venturi gloriam sibi vindicabant, qui venientẽ persequẽbãtur, nimirũ inuidia corrupti. Dicũt igitur: Non est verisimile hunc esse Messiam, si prophetias expendatis. Num Christus vbi venerit, à Galilæa nobis proditurus est, quemadmodũ hic prodit Nazaræus? An non prophetica scriptura palãm dicit, Messia proditurum
ex semine

ex semine David, qui nimirum fuit ex tribu Iudæ:
 Quin & natalis oppidi nomē addidit, docēs eū na-
 sciturū in Bethleē, quæ est ciuitas David, tribus iuda.
 Quū igitur prophetia palā declaret eum proclaturū
 ē semine regio, tribu totius iudææ sanctissima, ex op-
 pido regio, qui conuenit hunc videri Messia, qui ex
 obscuris parentibus, ex ignobilis regionis Galilææ
 obscuro oppido nobis proclit: Ad hunc modum va-
 riantibus sententiis, disceptatum est in turba de Iesu.
 Nec huic disceptationi sese Iesus admiscuit, quod nō
 ea synceritate disputabant, vt doceri mererentur, &
 tempus nōdum aduenerat, quo sese quantus esset, de-
 clararet. Nā si vere sitiissent scire quis esset, poterāt &
 ipsi discere à cognatis Iesu, qđ nō in Nazareth, quē
 admodū pleriq; credebāt, sed in Bethleē natus esset,
 quodq; à David duceret genus. Neq; em̄ parū multi
 hæc sciebant, sed quoniam Iesus non adferebat ipso-
 rum cupiditatibus accommoda, maluerūt suis affecti-
 bus seruire, quā illum agnoscere. Nam si simplex ac
 syncerus fuisset eorum animus, licuisset vel ab ipso Ie-
 su sciscitantibus, discere, quod inter sese disceptabāt.
 Erāt autem in turba nōnulli, quos vsq; adeo liuor &
 odium excæcauerat, vt destinarint apud se manus
 inicere domino Iesu. Cæterum nihil habebat viriū
 humana malicia, aduersus eū, in cuius potestate sunt
 omnia. Satellites itaq; quos suæ vesaniæ ministros
 miserant

Quidā
 autē ex
 ipsis vo-
 lebant.

miserāt pharisei vt Iesum caperent, mutatis animis redeunt ad illos efferatis animis expectantes, vt captū adducerent eum, quo tandem odiū in illum suū fatuarent. Atq; illud interim mire diuino cōsilio, quod longe superat omnem humanā astutiam, procuratū est, vt quicquid moliretur pharisæorū malicia, id in ipsorum capita recideret, & ad Iesu proficeret gloriā. Imperita multitudo, Galilæi rudes, Samaritani, Cananæi, Ethnici, commoti dictis ac miraculis Iesu, credebant illi. Soli scribæ, pharisæi, seniores, & sacerdotes, penes quos legis ac religiōis totius erat professio, nō solum cōmouebantur ad resipiscentiā, sed modis oībus reddebantur efferaciores. Supererat autem vt & satellites inimite genus hominū, & ad omne facinus mercenariū, & Iesu testimoniū honestū ferrent, & illorū imedicabilē cæcitatē coarguerent. Nō viderant ædi miracula, tantum pauca loquentem audierant, & conuersis mentibus, contemptis pharisæorū iussis, redeunt ad eos, non adducto Iesu. Expostulantibus cur non obissent mandata, nō excusant metum multitudinis, non alia quæ comminisci poterant causantur, sed ingenue fatentur, se quidem hoc animo adisse Iesum, vt eum captum adducerēt, sed breui sermone, verum efficaci, sic velut incantatos ac transformatos, vt quod decreuerant, reluctantis animis efficere non potuerint. Nunquā, inquit, audiimus hominem

minem

minē sic loquentē vt ille loquitur. Quis possit huiusmodi viris manus violentas iniicere? Quod testimonium ferri potuit in synagoga, quod magis grauaret ac traduceret phariseorū obstinatā maliciam? Hoc illi totis viribus agebant, vt subuerterēt doctrinam Iesu, sed conatu in diuersum exeunte, dum modis omnib⁹ extinguere moliuntur, cōfirmant & illustrāt. Dissimulant tamen adhuc furorem animi sui, ac ministris mitius, quā pro cogitationū vefania loquentes. Quid accidit, inquit? Num vos quoq; qui nostri estis, nec ad promiscuam multitudinē pertinetis, ab illo seducti estis? An nō sentitis impostorem esse? Si verax esset, an nō existimatis viros eximios doctrina simul & auctoritate prestantes, illius sermones approbaturus fuisse? Nunc videtis ne quenquam ex optimatum numero, penes quos est religionis auctoritas, aut ex Phariseis, penes quos est exacta legis peritia, sermonibus illius fuisse persuasum? An vos mouet exemplum quorundam e media fece plebis hominū? Ista turba rudis, ac legis ignara, deo execrabilis est. Hæc diuina dispensatione sic gesta sunt, vt nos certo doceremur, nihil pertinacius obsistere veræ religioni, quā eorum maliciam, qui falsæ religionis imaginē fucati sunt: nullum esse capitaliorem hostem Euangelicæ doctrine, quā qui sacras literas ad suos prauos detorquet affect⁹: nec villos esse deploratius impios, quā qui specie pietatis, qui

tis, qui persuasione doctrinæ qui publica authoritate
 muniti sunt aduersus Euāgelicam veritatē. Verū quic
 quid molitur hic mūdus omnibus suis machinis ad
 uersus coelestē veritatē, cedit in gloriam domini nostri
 Iesu Christi Iā illud mihi cōsidera prudēs lector, nus
 quā esse maiorē penuriā eorū, qui Christianę veritati
 ex animo faueāt, q̄ inter religionis ac doctrinę proce
 res. In tā frequēti cōcilio, pharisæorū, scribarū, senio
 rū, ac sacerdotū, nō erat quisquā præter vnū Nicode
 mū, qui in tā sceleratis molitionib⁹ innocētī domino
 patrocīnaretur. Is erat vnus ex primoribus sectæ pha
 risaicæ, crassus quidē ac cæteris indoctior, sed mentis
 minus corruptę, qui metu Iudeorū noctu adierat Ie
 sum, quēadmodū ante narrauimus, aliquid ab eo cer
 tius cognitur⁹ secreto colloquio. Is ex eo cōgressū tā
 tū profecerat, vt existimaret Iesum virū bonū, tamen
 si mysteriū sermonis non ad plenum intellexerat. Hic
 quū videret eos gladiatoris animis tēdere in exitium
 Iesu, atque ita faueret innocētīæ, vt tamē illorū time
 ret maliciā authoritate armatā, moderatus est patroci
 nium suū, ea loquēs pro Iesu, quæ pro malo quoque
 viro, sed nōdum cōuictō, dici poterāt. Nos, inquit, le
 gē profitemur, quæ ne maleficū quidē cōdemnat, nisi
 si prius auditū, & excussis iis, quæ facit is qui deserit.
 Saltē hoc tribuatur huic iuris, quod cōmune est om
 nium, & ab ipsa lege datur etiā maleficis. Ad hoc tam
 æquū,

æquū, tam ciuile Nicodemi patrociniū, cum nō haberent quod hiscerēt, nō solum nō resipiscunt aut placātur, sed ipsius etiam authoritate cōtempta, cōuicio petunt hominē. Etiā ne tu quoq̃, inquiunt, Galilæus es? Turbæ & imperitis venia dari poterat, at nō pudet te primatē ac legis doctore, discipulū esse istius imposto-
 ris Galilæi, cui nullus adheret, nisi & abiectissim⁹ apud homines, & apud deū execrabilis? Tu qui legis cognitionē profiteris, excute scripturas, & si vsquā cōperies, vel exortū à Galilæa prophetā vel exoriturum, crede hunc esse prophetā. Hæc pharisæorū respōsio, non solum erat impia, verū etiā stulta. Nec enim Nicodemus affirmarat esse prophetā, sed quisquis esset, nō tamen iuxta legē publicā oportere cōdemnari, nisi prius cognita causa. Sed nullum est iudiciū, vbi mentē occupa-
 uit liuor & odium. His vtrōq̃ citroq̃ dictis dimissum est cōciliū, ac suā quisque domum abiit, dilata non mutata sacrilega voluntate. Nondum enim venerat tēpus Iesu.

CAPVT. VIII.

IESVS itaq̃ iam imminente nocte, concessit in inōtem oliueti, in quo erat Bethania, gratū domi-
 no hospitium, quum Hierosolymis locus nō esset quietus: illud interim nos docens, secessum conuenire præconibus Euangelicis, nec vsquam minus esse locū veritati, q̃ in vrbibus opulentis ac felicibus, & tamen
 huc

huc quoque se nonnunquam conferet Euangelicæ philosophiæ prædicator, non ut opes aut honores assequatur, sed ut prosit aliis, vel sui capitis periculo. Huc igitur postridie diluculo reuersus Iesus, non iam stans, quæadmodum pridie, sed sedens docebat in templo, palam præ se ferens se nihil metuere pharisæorum impias conspirationes. Confluxit autem vniuersus populus ad illum, partim superioribus miraculis ac sermonibus in admirationem illius adductus, partim insidians & occasionem captans aduersus illum. Quoniam autem animaduertent in eo miram quandam erga plebeios humiles & afflictos clementiam ac mansuetudinem, hinc unde debuerant eum amare, venantur animum criminandi. Mosi lex seuerum exemplum statuerat aduersus adulterium, nimirum ut si qua mulier deprehensa esset cum altero viro consuetudinem illicitam habere, populi manibus lapidaretur. Atque interim viri sibi ipsis indulgentes, sæuebant in mulieres, quasi ipsi innocentes essent apud deum, aut æternas poenas essent euasuri, si quum grauiora peccarent, non darent poenas legibus. Lex non punit nisi publica crimina. Superbiam, fastum, inuidiam, odium non punit, sed hæc magis execratur deus, quam illa quæ punit lex. Adducunt igitur ad Iesum in templo sedentem id temporis, mulierculam in adulterio deprehensam, ipsi scilicet iustitiæ tenaces, ac legis studio seueri in criminosos, cum intus longe grauioribus

uioribus vitiis maderēt. Mulierculā in medio statuūt, vt si Christi sententia fuisset damnata, decederet non nihil multitudinis erga illū studio, quod lenitate mansuetudinēq; sua, potissimū populi fauorē conciliasset: sin absolvisset, quod futurum expectabant, haberent quod in ipsum intentarēt crimen, qui nō veritus fuisset, aduersus Mosi constitutionem adulteram absolue re, sperantes fore, vt pro muliere, tumultu coorto lapidibus obrueretur ipse. Sic autem apud iudicē Iesum peccatricem accusant, ipsi sceleratius peccatores. Hæc, inquit, mulier modo deprehensa est in adulterio. Moses autem statuit nobis legem, vt eiusmodi lapidarentur. Hanc igitur tradimus populo lapidandā, nisi tu dissentis. Tu igitur quid censes? Iesus autem qui nouerat arcana cordium, & cuius conscientiam nihil omnino quantumuis occultum fugiebat, diuina sua sapiētia, sic elusit illorum maliciam, vt peccatricem e manibus lapidantium eriperet, nec absolueret tamen, ne videretur derogare legem Mosaicam, necessario maleficiis coercendis adhibitam, qui venerat vt legem consummaret, non abrogaret: nec rursus condemnaret, quod in mundum venisset, non vt perderet peccatores, sed vt seruaret. Siquidem in his constitutionibus quas mundus etiam pro cōseruanda tranquillitate publica necessario seruat, Iesus sic vbique moderatur suā orationem, vt nec probet admodum, nec improbet,

u sed per

sed per occasionem admoneat, omne scelus esse fugiendum, non solum ea quæ leges principū puniunt. Esse siquidem apud deum iudicem his atrociora crimina, quæ leges non puniunt, quæ tamē dei vindicis poenā nō possunt effugere. Iesus igitur, nec recusavit iudiciū delatum, cum sit iudex omnium, nec ream addixit lapidatoribus iam accinctis, nec à causa liberauit, quæ poenam cōmeruerat, sed silentio patrociniatus est ei, quæ rapiebatur ad poenam, vt seruaretur ad poenitentiam, ac resipisceret ad salutem. Oratione nihil respondit, sed ipso facto plus loquebatur. Sciebat mulierculā ream, esse peccatricem, sed nouerat accusatores, qui se iustos videri volebāt, multo sceleratiores esse, quā esset illa. Non abrogabat Mosaicam legem, sed ostendit Euangelicæ legis, cuius ipse conditor esset, clemētiam. Admonebat illos, qui ream ad poenam crudelem pertraherant, vt in se descenderēt, & iuxta diuinam legem, suā excuterent conscientiam, ac talem se quisq; exhiberet erga proximum lapsum, qualem experiri vellet deum iudicem erga se: hac ipsa re nos docens dominus Iesus, inclinauit se deorsum, significans, vt demisso fastu ac supercilio, quo sibi quisq; blandiebatur, & animo supino proximum despiciebat, descenderet in sese, & inclinatus scribebat in terra, videlicet admonens legis Euangelicæ, secundum quam deus vnūquęq; iudicaturus esset.

~~Et in tabulis scripta reddidit illis falsa iudicia~~

~~Aut superbos & arrogantes~~ Lex in terra scripta, facit
 vniquenq; infirmitatis sue conscientia, modestum ac
 misericordem erga proximum. Quum vero instaret
 Iudæi, vt suam pronunciaret sententiam, quanquam
 facto iam pronūciauerat, erexit se Iesus. Erectus expli-
 cuit, non intelligētibus quid faceret. Si quis, inquit, in-
 ter vos est immunis à peccato, primus in hanc iaciat
 lapidem. Hoc dicto nō absoluit ream, sed omniū per-
 cussit conscientiam. Metuebat autem quisq; sibi male
 conscius, ne Iesus, cui videbant etiam occulta non es-
 se incognita, proderet in publicum ipsorum facinora.
 Hoc aculeo animis illorum iniecto, rursus inclinatus
 scribebat in terra, facto suo depingēs, quid ab illis vel-
 let fieri. Notabat illorum arrogantiam, qui sibi vindica-
 rent sanctimoniā, cū essent lōge sceleratiores iis, quos
 immani poena lex puniret. Illa enim quā publicis ma-
 nib; lapidandā produxerāt, nō occiderat maritū suū,
 sed alteri viro per carnis infirmitatem, corporis sui co-
 piam fecerat. Illi pleni liuore, odio, calumnia, auaricia,
 ambitione, fraude, totius legis dominū, qui solus om-
 niū liber ac purus erat ab omni peccato, captabāt ad
 mortē. Ad hoc igit̃ domini respōsum, sibi quisq; ma-
 le cōsciis, ac sibi quisq; metuēs, ne pderet̃, exhibat è tē-
 plo, seniorib; phariseis ac scribis, sacerdotibus, cæte-
 risq; primorib; pcedētib;, et post hos reliqs seq̃ntib;
 Nā q̃ iter eos videbant̃ religiōis ac iustitię columnas,

hi. maximis vitis intus madebāt. His digressis, quorū nullus erat absq; crimine, remansit solus Iesus, qui solus omni culpa vacabat. Iamq; clemētem iudicem ex-
 perta est mulier peccatrix eum, qui nihil vnquam pec-
 cauerat, quū sæuos fuisset habitura carnifices, qui ipsi
 grauioribus flagitiis erant obnoxii. Horum igitur se-
 uiciam metuens, misera peccatrix sola remansit, apud
 solum Iesum, peritura apud seruatorē, peccatrix apud
 omnis sanctimonix fontem. Trepidabat ex cōscien-
 tia, sed spem bonam præbebat Iesu clementia, quæ se
 se ipso etiam vultu proferebat. Atq; interim dominus
 velut aliud agens, scribebat in terra, vt illi non domi-
 ni minis territi, sed ipsorū cōscientia cōdemnati fugis-
 se viderentur. Tandem erectus dominus Iesus, vbi vi-
 det solitudinem, & mulierem solam ac trepidam, blan-
 de cōpellans illam, dicit: Mulier vbi sunt qui te accusa-
 bant? Num quisquā te cōdemnauit? Illa respōdit: Ne-
 mo domine. Tum Iesus. Nec ego futurus sum illis in-
 clemētior, vt qui seruādis omnib; venerim, cōdemnē,
 quā illi reliquerūt indemnata. Legis seueritas poenam
 infligit ad terrorē, Euangelii gratia, nō quærit mortē
 peccatoris, sed magis vt resipiscat, & viuat. Abi igitur,
 & post hac noli peccare. Hoc exēplo dominus Iesus
 docuit eos, q se pastores populi, et euāgelicos doctores
 profitētur, quāta lenitate, quātaq; māsuētudine debeāt
 vti aduersus eos, q per infirmitatē prolabūtur in pec-
 catum

catū. Cū enim is in quo nullū omnino fuit peccatū, tam clementem se præbuerit erga peccatricem publicam, quanta debet esse lenitas episcoporum erga delinquentes, quum ipsi nōnunquā magis egeant dei clementia, quā illi in quorum errata sæuiunt: aut si non tenentur paribus vitiis, certe nō sunt omnino puri ab omni vitæ macula: certe per humanā imbecillitatem, in omne vitium prolabi possunt. Ablegatis igitur delatoribus, & proditis suis cuique sceleribus, ac dimissa peccatrice, pergīt Iesus ex hac occasione sermonē inceptū pertexere. Tenebræ peccata sunt. Qui veri sunt Ego sū ac simplices, nec aliud videri student quā sunt, adent lux mū lucem, & liberantur à tenebris, quēadmodum mulier dī. adit Iesum peccatrix. Sed quia nō inficiata est quod cōmiserat, decessit iustificata. Cōtra, primores ac pharisæi, quoniam iusti videri volebant, quū essent scelerati, fugere lucem, ne proderetur illorū morbus, ac sanaretur. Hortatur igitur Iesus omnes, vt quisquis sit oblitus peccatis, ad se veniat, modo veniat sui poenitens, se sequat potius quā pharisæos, qui cæci, erant duces cæcorum, & ne quis conscientia facinorū non ausit accedere, paulo ante docuit in adultera, quā nēminē ab se submoueat, qui cupiat sanari. Ego, inquit, sum id toti orbi, non solum palæstinæ, quod sol est toti mundo. Sublato sole, caligant simul omnia. Ille corporibus prælucet, ego animis puris illucesco. Ille

vitam ac vigorē præbet omnibus corporibus, ego
 idem multo præsentius præsto animabus. Qui solis
 ductu ambulat, non impingit in tenebris. Qui me
 sequitur, meæq; fidit doctrinæ, non hærebit amplius
 in tenebris errorum & criminum, sed purgatus à vi
 tiis, & illustratus Evangelica doctrina, habebit lucem
 verā, quæ vitam præstat animæ. Mortuorū em̄ est in
 tenebris cōdi, viuorum est in luce versari. Cognitio
 mei vita est animæ. Cōtra, peccatū, & ignorātia mei,
 mors est æterna. Hanc magnificā, licet verissimam,
 Christi de se prædicationem, nō tulit liuor pharisæo
 rum, præsertim cū se tecte notari sentirēt, & qcquid
 gloriæ Iesu accederet, id suæ detrahi putarent. Proti
 nus igitur obstrepūt illi apud multitudinē, metuētes
 ne ipsis desertis, sequerent̄ Iesum. Et vt fidē adimāt,
 ipigūt mēdaciū crimē. Tu, inquiunt, ipse tibi testis es,
 ac magnifice de te prædicas, sed nemini de se testificā
 ti credi debet. Arrogantis est, nō veracis, suam iacta
 re gloriā. Proinde testimonium istud quod ipse de te
 fers, non est verum. Ad tam atrox conuiciū, sed qđ
 magis officere poterat salutī multitudinis, quā ipsius
 nocere gloriæ, Iesus seuerè respondit: Verum est, in
 quiens, inter homines, pondus non habet quod ipse
 de se perhibet, qui & falli potest, & fallere. Ego non
 solus mihi testis sum, qui Ioannis de me testimoniū,
 qui legis & prophetarum testimonium, proferre pos
 sum,

sum, & tamen si nullum esset hominis de me testimonium, qui nullius egeo testimonio, si solus ipse de me testificarer, tamen si sciretis qui sim, & vnde venerim, non possetis refellere testimonium meum. Illorum testimonium oportet in dubium vocare, qui cum nihil aliud sint, quam homines, & ex humano sensu de se predicant, falli possunt, & volentes etiam mentiri possunt. In me non eadem ista cadunt. Nihil enim ex me loquor, sed ex eo vnde sum missus, nec alio tendo, quam ad illius illustrandam gloriam. Ille mentiri non potest, & illius unius testimonium sanctius est, omnibus humanis testimoniis. Quisquis autem ab illo profectus est, cunctaque ex illius animo loquitur, mox ad eundem, vnde venit rediturus, non opus habet humano testimonio, quum ipsis factis declarare sit in promptu quis sit. Vos autem excæcati liuore, quod scire licet, volentes nescitis: & quoniam peruerse de me iudicatis, existimantes ex his quæ cõspicitis in me cum cæteris mortalibus communia, non animaduertitis, vnde venerim, nec quò vadam. Hoc enim non perspiciatur, nisi submotis improbis affectibus animi, secundum spiritum iudicent, & ex iis quæ facio, quæque loquor, collatis prophetarum oraculis, credulæ mentes videant rem esse coelestem, non humanam. Vos autem, quoniam mundanis affectibus estis corrupti, secundum carnem iudicatis, damnantes imple in vestrum ipsorum

Vos secundum carnem iudicatis.

exitiū, quod amplecti debueratis ad salutem æternā. Iudicium igitur vestrum quoniam non proficiscitur à deo, sed ex humanis cupiditatibus, corruptū est, ac falsum. Ego interim nō iudico quenquam. Nondū enim iudicii tempus est, sed conferendæ salutis. Et tamen si iudicarem de vobis, iudicium meum, quoniā nō dissentit à iudicio dei: verum esset. Nō enim solus ferrem sententiam, sed ego simul & pater, qui me misit, idem pronūciarem, cum idem per oīa velimus. In causis humanis plus habet ponderis apud homines plurium, quā vnius iudiciū, cæterū, vnius dei iudiciū antecellit vniuersi generis humani iudicio. Si meū iudiciū cōtemnitis vt hominis, certe dei iudiciū etiam si solus iudicet nō potestis cōtemnere. Quod si dei iudiciū nō cōtemnitis, nec meū potestis reicere, cum illius iudicio per oīa consentiens, nisi communi cōtumelia simul vtrūq; velit afficere: tum illum qui misit, tum me, qui missus sum ab illo. Nihil aliud loquor aut ago, nisi qđ ille mādauit. Itidem inter homines grauius est pluriū testimoniū, quā paucorum: atq; secūdam legem vestram, apud iudices nō admittitur testimoniū, nisi duorum. Atq; interim plus habet ponderis, si quis testificetur de altero, quā si de se ipso: & tamen vitari nō potest, quin inter hoies sæpe falsa sint iudicia, falsaq; testimonia, etiam si mille consentiant homines, sed homines tantum: vel quod per errorem

Et i le
 ge ve
 stra scri
 ptū est

errorem

errorē ignorēt verum, vel quod affectibus corrupti,
 nō secundum rectum animi iudicium, sed secundum
 prauas animi cupiditates pronuncient. Verū vbi vel
 vnus de se pronunciat, si quod de se testificatur, nō ex
 se pronūciat, sed ex deo, quoniā deus nec falli potest,
 nec corrumpi, nō potest nō esse verum iudiciū ac
 testimoniū. Ego testimonium perhibeo de meipso,
 sed ex authoritate patris, qui & ipse testimonium
 perhibet de me: nec aliud de me pronūcio, quā ille testi-
 ficatus est, qui me misit in mundū, vt testis sim veri-
 tatis, quā ille solus nouit. Si meū testimoniū reſicitis,
 & illius reſiciatis oportet. Si meum iudiciū rescindi-
 tis, & illi cōtradicatis, necesse est. Duo sumus, sed duo-
 rum idem est testimonium, idem iudiciū. Sed ex his
 duobus vnus est: qui si solus esset, tamen esset illius ir-
 refutabile iudiciū. Quod si quæritis, quando pa-
 ter testificatus sit de me, testificatus est in lege vestra,
 cuius vocem agnosceretis, si quod scriptum est in
 corruptis animis intelligeretis: testificatus est de me
 apud Iordanem: testificatur ipsis factis quæ videtis
 ab illo geri per me: deniq; quum tempus erit, euide-
 ntioribus testimoniis me glorificabit. His dictis quo-
 niam Iudæi subinde audierāt nomē patris, vnde mirā-
 tus esset, & cuius authoritate se communiret, demirā-
 tur, si de Ioseph fabro, cuius filius tū vulgo credeba-
 tur, tā magnifice prædicaret. Si de illo non sentiebat,
 cupiunt

cupiūt expiscari quis nam esset alter ille pater, vnde venisset, & ad quem iret. Vbi est, inquit, iste pater tuus, de quo tam mira prædicas? Iesus autem subindicans se nōdum illis notum esse iuxta diuinā naturā, quum nihil aliud suspicaretur esse quā hominē, & tamē vt homini credidissent atq; amassent, nisi iudicium illorum carnalibus affectibus fuisset vitiatum, cæterū nec patrem vere cognosci, nisi per filium, nec filiū plene cognosci, nisi cognito patre: nō enim oculis corporeis cognosci filium, sed fide: nec patrē humanis sensibus ostēdi posse, sed piis animis spiritaliter insinuari, respondit hūc in modum: Neq; me no-
 stis, neq; patrem meum: & dum me nosse nō vultis, nec patrem nosse potestis. Mihi credite, & me noueritis & patrem. Dicitis quod me nouistis, quia patriā, domum, parentes & fratres nouistis. At istuc nō est vere nosse filium, quem si plene nossetis, non postularētis vobis exhiberi patrem, sed cognito filio simul & patrem meū nossetis. Huiusmodi sermonibus nō intellectis, quum dominus Iesus vehemēter in se pro-
 uocaret animos pharisæorū palā docēs in tēplo, idq; in loco templi frequētissimo qui dicitur Gazophylaciū, quod eō cōferrētur donaria, seruarenturq; donata templo, quæ tamen omnia veluti deo cōsecrata vertebantur in luxum & quæstum sacerdotum, ac pharisæorū: nemo tamē iniecit illi manus, non q̄ deesset
 illis

Hæc
 verba
 loquu-
 tus est
 Iesus.

illis impia volūtas, sed quod dei nutu nō esset data facultas. Nondū enim venerat tempus, quo decreuerat pati Iesus: nec pati volebat, nisi peracta doctrina, quā pater tradiderat dispensandā ad hominū salutē. Obtuscentibus igitur illis, sed impias ac paricidales cogitationes ī animo voluētibus, perrexit loqui Iesus, tacite percutiēs illorū conscientias, quo vel sic resipiscerēt, quum agnoscerēt illi nihil occultū esse, quod homini puro nūquam datum fuit. Nullius, inquit, impietas impedire potest, quod ago iussu patris mei. Hoc peracto, vado ad eum qui me misit, ac tum me frustra quæretis, & absentem desiderabitis, quē præsente incessitis & inuidetis. Tunc intelligetis ex euentu qui sim: optabitis præsentiam meam, nec continget. Cæterum vos qui nūc persequimini præconem veritatis æternæ, si perstiteritis in incredulitate, in peccato vestro moriemini. Nam suo vitio perit, qui salutē gratis oblatam obstinate reicit: & sibi mortē asciscit, qui vitæ fontem aspernatur. Ego vado, nō quō me vestra compellit impietas, sed volēs eō vado quō vos non poteritis insequi. Hoc ænigmatē dominus Iesus multa significauit: primum se sponte iturum ad mortē: deinde per mortē ac resurrectionem euehēdum in coelum, quō nullus iuxta mundum sapiens euehi posset. Hoc sermone quum non nihil terrerētur Iudæi, nec intelligerēt quid sibi vellet, non ausi sunt tamē

tamen illū p̄contari, sed inter sese mussitabant. Quid est quod iste non semel iam minatur nobis sese abiturum, quò nos nō queamus insequi? An ipse sibi vim afferet, ac mortem consciscet, atq; ita se nobis subducet? Ad hoc tam crassum & impium murmur, Iesus omnium cogitationum cōsciū, ita responsum attemperat, vt quod diceret, nō intelligeretur nisi peracta morte ac resurrectione, & in cœlū ascensu. Nam illi nihil aliud suspicātes esse Iesum quā hominem, nihil aliud diuinare poterāt, quā eum iturum in mortem, atq; ita liberandum à molestiis persequentium, quū ille se significaret e cœlis profectū, iuxta diuinā naturam, ac mox deuicta morte rediturum eò, vnde fuerat profectus. Vos, inquit, ex hoc mūdo profecti, mūdum sapitis, & iuxta carnalē mundi sensum loquimini. Ego non sum ex hoc mundo profectus, ac sublimiora loquor, quā vt vos possitis assequi: nec assequimini vnquam, nisi relicta incredulitate dociles vos p̄bueritis. Et ideo modo dixi vobis, & iterum atque iterum dico: nisi maliciam istam abieceritis, moriemini in peccatis vestris. Vnica via est effugiendi peccatorum tenebras, si lucem recipiatis: vnica est via ad vitam, si agnoscatis eum, qui solus per fidem Evangelicam à morte liberat. Quod si pertinaciter recusetis credere me esse illum, per quem pater velit omnes vitam ac salutem consequi, vestra culpa moriemini

riemini in peccatis vestris. Nec hic sermo domini Iesu descendit in animos pharisæorū, vsque adeo mentes illorū excæcauerat hic mūdus nimīū adamatus. Itaq; maliciose perinde quasi nihil haftenus viderint aut audierint, vnde scire possent quis esset, dicunt Iesu: Tu quis es? Iesus aut præsciens illos calūniaturos quicquid respondisset, qui peruerso studio sciscitabantur, simul eos iudicans digniores, qui audirent, quid essent ipsi, Principi quàm quid esset ipse, respōdit hunc in modum: Cupi piū quis scire qui sim, credite. Non credetis autem, nisi cras & loqr̄ sos & mūdanos affectus abieceritis, alioqui etiā si vos vobis. bis dixero qui sim, vestro malo dicam: nō enim solū non reddemini meliores, sed quū sitis mali multis nominibus, hoc reddemini peiores. Et hoc ipsum quod nūc loquor vobis, accedet ad cumulum condemnationis vestræ. Ego salutem hominum sitio, non exitium. Alioqui multa possum loqui de vobis, multis que nominibus vos condemnare, sed non ita visum est patri, Multa habeo que de vobis loquar qui me misit in mundum: non vt ex malis fiant peiores, sed vt qui mali sunt, resipiscant ad salutem. Verax est pater qui me misit, huic si credideritis, salutem consequemini. Credetis autem, si mihi credideritis. Mihi vero tuto credetis, qui nihil loquor apud vos, nisi qd̄ audiui à patre meo: apud quem fui, ante quam venirem in mundum. Ille mihi mandauit vt vera loquar, sed ea quæ conducunt seruandis hominibus, non perdendis.

dendis. Quod si quis perit, suo vitio peribit, qui salutem oblatam sibi inuiderit. Tam autem erat crassa Iudæorum cæcitas, ut quum toties memorasset patrem suum, unde missus esset, & ad quem iret, & unde testimonium haberet, & unde audisset quæ loqueretur, nondum tamen intelligeret quod de patre coelesti loqueretur, quod nihil adhuc in eo credere poterant supra hominem. Nam hi sermones tum veluti femina condebantur in auditorum memoria, ut tum fructum adferret, quum iam omnia essent impleta, quæ de Iesu scripserant prophetae. ~~Exaltatus est hominem credi,~~ donec perageretur pro mundi salute summum illud in ara crucis sacrificium. Sic enim placitum erat patri, ut per mortem illustraretur gloria dei. Hoc interim significans dominus Iesus, ita loqui perrexit, ænigmate subindicans futurum, ut per illos volens in crucem suffigeretur. Quum exaltaueritis, inquit, filium hominis, tunc demum intelligetis qui sim: postea quam extinctum putabitis, tunc denique cognoscetis virtutem meam. Si quidem intelligetis rem non humano modo geri, sed patris mei virtute, ex cuius arbitrio gero quicquid in terris facio ad hominum salutem: neque quicquam loquor, nisi ex illius animo. Quamquam autem ab eo missus sum in mundum, non tamen ab illo deseror, sed ille semper adest mihi, per me vobis loquens & operans. Summus enim inter nos consensus est. Ille per me glorificatur, ego vicissim

cissim per illum: sed ille author est, ego legatus: cæterū optima fide fungens mea legatione, sic vt quæ ille mā dauit, quæq; illi sunt decreta, perpetuo faciam. Moses enī ac Dauid, quos suspicitis multa loquuti sunt, multa fecerūt ex voluntate dei, sed iidem nōnunquā offenderunt illum factis suis. Ego nusquā dissentio à placito patris mei. Hos sermones quum id temporis, nullus ad plenū intelligeret, tamen erant in turba nō pauci, quibus hæc non impie dicta viderētur, ac nōnulli spe bona ex his quæ promittebat Iesus concepta crediderunt illi, nō tamē perfecte, rudes enim adhuc erāt, sed vt tum erant Euāgelicæ doctrine capaces. Iā enim gradus aliquis iactus erat ad fidē, etiā si nōdū eò profecerāt, quō post erāt prouehēdi. Hos igitur hortatur dominus Iesus, vt in eo quod vtcūq; cœperāt, perseuerarēt, donec proficerēt ad perfectā sui cognitionē. Fides enim bonorū etiā illa credit, quæ nō intelligit. Pharisæorū malicia, semper erat in peius profectura. Vos, inquit ne quid moueat spōte pereūtitiū exēplum. Bene cœpistis vtcūq; credere dictis meis: à quib; si vos nō abducat aliorū incredulitas, & si in eo quod cœpistis perstiteritis, agnoscā vos germanos, verosq; discipulos meos, qui cœlestē veritatē non pharisaicas doctrinas profiteor: ac progressū tēporis cognoscetis omnē veritatē, qui hactenus vmbra Mosaicę legis pro veris estis amplexi: & cognita veritas reddet vos liberos.

Iudæi

Iudæi vero non intelligētes quod Iesus sentiret de libertate doctrinæ Euangelicæ, quæ non mutat statum fortunæ, corpus eximens à iure heri, sed animū liberat à vitiis, à pravis ac mūdānis cupiditatibus, à tyrānide diaboli, à metu mortis, à seruitute pharisaicarū cōstitutionum, à iugo legis iuxta carnem obseruādę, respōdent indignabundi. Tumebant enim nobilitate maiorum iuxta carnē. Nos, inquiunt, posteritas Abrahæ patriarchæ sumus, ingenui ex ingenuis prognati: nec solum ingenui, verum & nobiles, nec vlli vnquam seruitutem seruiuimus. Quam igitur libertatem tu nobis promittis, quasi serui simus manumittendi? Hæc respōsio crassitudinem declarat gentis Iudaicę, quę in rebus carnalib⁹ ponebat fiduciam & gloriam suam, spiritalium quæ nos deo cōmendant negligens. Puritatem cōstituebant in lotionibus corporis, calicum ac vasorum, quum animum haberent vitiis cōspurcatū. Alios præ se cōtemnebant quod præputi pelliculam haberent amputatam, quum mentem haberent incircuncisam. Sancti sibi videbantur, quod in latis phylacteriis legem inscriptam circumferrent, quum deo sancti sint qui legem habent mentibus suis inscriptam, eamq; factis nō phylacteriis exprimunt. Ita nunc effertur animis, quod iuxta carnem genus ducerent ab Abraham: perinde quasi magnum esset è sanctis prognatum esse, quum apud deum nobiles sint, qui vñdecūq;

vndecunq; prognati sanctorū mores referunt. Proinde quū Iesus illos duobus nominibus taxasset, & qd̄ veritatis essent ignari, & quod seruitutē seruirēt, prius dissimulāt, & ad id quod leuius est, ac minoris momenti stomachantur. Siquidem ignorantia veri, mētis est vitium: seruū esse, fortunę malum est, non animi. Itaq; dominus Iesus aperte docet, quā seruitutē senserit. Vos, inquit, indignamini quod libertatem pollicear, quum vestra opinione sitis liberi, nimirum ingenui filii Abrahę. Sed est aliud seruitutis genus lōge turpius & calamitosius, a quo neminem asserit maiorum quālibet magna nobilitas. Non habetis hominem dominum, vnde sitis manumittēdi: sed illud pro certo confirmo vobis, quisquis committit peccatum, seipsum peccato seruū reddit, ac sui iuris esse desinit. Is vere liber est & ingenuus, q̄ nulli turpitudini est obnoxius. Hęc est ingenuitas, de qua merito gloriari possitis apud deum. Cæterum quisquis addictus est peccatis, hic diabolum habet dominum: & huius arbitrato ducitur, agiturq; etiamsi genus referat ad patres sanctissimos. Non enim aliena sanctitas tollit posteriorū seruitutem, sed suis quisq; factis æstimatur. Hanc libertatē non potest impartire seruus conseruo, qui & ipse peccato est obnoxius: sed ille solus liberos reddit & ingenuos, q̄ solus nulli peccato est obnoxius. Seruus enim tametsi pro tēpore quędam agit in domo, tamen quo
 o niam

Seruus autē nō manet i domo.
 niam seruus est, non hæres, non habet ius perpetuū,
 sed exigitur domo, quū visum est domino. Filius autē,
 quoniam hæres est ac dominus domus, perpetuū ha-
 bet ius in domo: nec solum ipse vere liber est ab om-
 ni seruitute, verū etiam alios potest libertate donare.
 Proinde si hanc libertatem desideratis, non est quod
 eam expectetis à Mose aut patriarchis, aut sacerdoti-
 bus vestris, quorum administratio fuit ad tēpus: neq;
 quisquam horū fuit prorsus immunis ab omni pec-
 cato: neq; quisquam ius habuit abolēdi peccata, neq;
 quisquam ad plenū nouit veritatem. Verū si quis ad-
 hæserit filio, cui tota perpetuaq; domus potestas tra-
 dita est, is vnde cunq; prognatus erit iuxta carnem, ve-
 ram libertatem sperare poterit. Non igitur Abraham
 vos liberos genuit, non Moses, non sacerdotes suis vi-
 ctimis vos reddunt liberos: si filius vos ab erroribus
 ac peccatis liberos reddiderit, vere, pleneq; liberi eris-
 tis. Vos vobis isto nomine placetis, qd' sitis Abrahæ
 filii. Scio vos esse prognatos ex Abraham iuxta car-
 nem, sed ista leuis ac popularis est gloria, & omnium
 cōmunis, qui Iudaico nomine censentur. Si vultis ve-
 re videri posteritas Abrahæ, & sanctissimi patris non
 degeneres filii, factis declarate vos esse illius filios. Nā
 hoc est ingenue germanq; prolis, referre parētis in-
 genū. Abrahā adeo credidit deo, vt non dubitaret ad
 illius iussum vnicū mactare filiū Isaac, quū per hunc
 esset

esset illi promissa numerosa posteritas. Vos autē vide te quātū absitis à morib⁹ patris vestri, qui me ipsum conamini interficere, non ob aliud, nisi quod excecati carnis ac mundi cupiditatibus, nō assequimini sermone meū, qui spiritualis est. Abrahā nihil hæsītās de promissis, quanquā reclamante natura, tamē credidit angelo per quem illi deus loquebatur. Mihi quē vide tis, & per quem deus vobis loquitur, maiora pollicēs, quān olim pollicitus est Abrahæ, nō solum nō credi tis, sed etiā maliciosis cōsiliis necē machinamini. Noli te igitur vobis arrogare patrē Abrahā. Eius quisq; fi lius est apud deum, cuius mores ac facta refert. Abiit enim exēplum parētum domi conspectū in mores fi liorū. Ego dictis ac factis doceo me filium eius à quo missus sum. Quod enim vidi & audiui apud patrem meū, hoc loquor. Vos itē quæ vidistis apud patrē ve strū, ea facitis. Hoc dictum domini Iesu quū indigne ferrēt Iudei, sic respōdēt, vt cōuiciū aliquod in Abra ham conētur elicere: quod si fieret, populū ad lapides prouocassent. Etenim quū palām testatus esset illorū esse mala opera, & adiecisset illos ea facere, quæ vidis sent apud patrē suum: nec aliū patrē agnoscerent, quā Abrahā, taxatus hoc dicto videbatur patriarcha, qui talis fuisset ipse, quales habebat filios. Iesus autem nec durius quicquam dixit in Abraham, sed diuersum ra tiocinatur, ideo Iudæos non esse filios Abrahæ, quod

eius essent dissimillimi. Si veri, inquit, vultis videri filii Abrahamæ, referte patrem factis, credite sermonei dei. Quandoquidem ille ob insignem erga deum fiduciã iustitiæ promeruit elogium. Nunc quum sine fine iactetis patrem Abraham, tamen me studetis interficere hominem, vt nihil aliud sim quàm homo, tamẽ innocentem : & ideo vultis interficere, quia veritatẽ vobis loquor: nõ quam ex me comminiscor, sed quam audiui ex deo, vt quisquis mihi diffidit, idem & deo diffidat necesse sit. At Abraham non agnoscet vos filios, qui rem impiã molimini, & ab illius moribus longe dissidentẽ. Quod si quisq; eius est filius, cuius emulatur facta, & vestra facta plurimũ dissidẽt à factis Abrahamæ, alium habeatis patrem oportet, quisquis is est, cuius ingenium exprimitis. His dictis irritatiores etiam facti Iudei, iam ceu præfagientes, quò tenderet sermo domini Iesu, & quem patrẽ illis designaret, respõdent: Quem tu patrem alium nobis assignas, qui patrẽm adimis Abraham? Nos ex stupro non sumus prognati: liceat nobis de hoc gloriari, quod est omnium Iudeorum cõmune, qui non solum sumus posterii Abrahamæ, verũ etiam filii sumus dei, qui Israel appellat primogenitum suũ. Et nos Israelitẽ sumus. Quod si nobis adimis patrẽ Abraham, si aliũ patrem tribuis, quã totius gentis nostræ cõmunẽ patrẽ deum, non in nos solũ, sed in vniuersam Iudæorũ gentem contumeliosus es.

Hoc

Hoc responsum quū haberet impiam impudētiam (Quid enim ipudētius, quā se iactare filios dei, qui sibi talium scelerū erāt conscii, quicquid filium dei captarent ad necem) seuerius retudit. Si deus, inquit, vobis pater esset, hoc est, si veri germanique essetis Israelitæ, me nimirum diligeretis, veluti fratrem, & cōmuni parente prognatum, ac patris mores exprimentem, ita vt germano filio dignū ē. Nec enim aliud exprimo, quā patrem deum: nec alterius negocium ago, quā patris, à quo processi, & veni in hunc mundū. Neque enim ex me loquor aut facio quicquam: neque enim ipse me legauit, sed ille me misit, quem vobis communem asseritis patrem. Quod si vera dicitis, quur eiusdem parentis filii nō agnoscitis linguā eius, qui verus est filius: & apud patrem fuit, ante quā veniret in mundum: neque quicquam loquitur, nisi ex patris præscripto? Quur vique adeo non potestis ferre sermonem meū, quum per me vobis loquatur deus? Si creditis deum veracem, beneficum, salutiferum, amicū piis, inimicum impiis, quum in dictis factisque meis nihil conspiciatis ab hisce rebus degenerans, cur nō agnoscitis mores & ingenium patris vestri? Quod si cupitis audire nomen patris vestri, cuius ingenium ac facta refertis, vos nec ex Abraham, nec ex deo prognati estis, sed ex diabolo. Huius germani estis filii, cuius ingenium & indolē spiratis, cuiusque voluntati par-

o 3 retis,

retis. Nam & veritatem odistis & innocenti necē molimini. Hoc diaboli patris vestri exemplū est. Siquidē ille princeps, & mēdaciū & homicidii fuit author, qui suo mendacio primos humani generis parentes pellexit in mortem, nō alia re prouocatus, quā inuidia felicitatis alienæ: atq; idē morbus vos quoq; stimulat in cædem hominis innocētis ac benefici. Ille inuidit homini feliciter condito, vos inuidetis homini ad felicitatem vnde excidit restituendo. Ille per suā superbiam excidit à veritate: & sic excidit, vt nō sit spes ad meliora resipiscendi: sed p̄sistens in malo, peccata peccatis accumulatur, per vos nunc oppugnans veritatem dei, & per vos idem agens, quod egit in initio mundi, quum principes humani generis pertraheret in mortē. Quisquis igit̄ odit veritatē & amat mēdaciū, satis declarat, quo patre prognatus sit. Quicūq; mendaciū loquitur, ab illo loquit̄, qui fons est omnis mēdaciū. Quicquid ille loquitur, mendacium loquit̄, & ex sese loquitur: quia nō solum mendax est, sed mendaciū pater ac princeps. Quemadmodum ē diuerso, deus fons est omnis veritatis, & quisquis veritatē ad dei gloriam loquitur, non ex se loquitur, sed ex deo. Quod si vos ex deo prognati estis, authore veritatis potius, quā ex diabolo patre mendaciū: quum ego veritatem cœlitus acceptam loquar vobis, quum filii Abrahæ non creditis deo? quum filii dei non agnoscat̄is

scitis & amatis dei veritatē? Si in dictis meis vllum deprehenditis mendacium, si in factis vllum crimen, diffidite sermonibus meis. Sed quis est ex vobis oib⁹, qui mihi peccatum vllum possit impingere? Vos quales sitis, ipsi vobis estis cōscii. Quod si à deo est quicquid rectū est ac verum, neq; quicquam in me poteritis cōvincere, quod à recto veroq; diffideat, quia mihi diffidentes, diffiditis deo, presertim quum vos iam sitis dei filios? Quod si vere gloriamini, dei sermone agnosceretis: sin falso, mēdacem patrem exprimitis. Quisquis ex deo prognatus est, vt germanus filius, audit verba dei patris sui. Et illud arguit vos ex deo patre nō esse prognatos: quia veritatē ab illo profectā audire nō sustinetis. Huiusmodi sermonib⁹ magis etiā efferati Iudei, vt solet hominū malicia ratiōibus cōclusa, ad insana maledicta cōfugere, respondit: Nōne recte de te pronūciamus, id q; tu nūc re declarans, cōprobas nostrā de te sententiā, qd' Samaritanus sis, ac demoniū habeas quum Iudæus videri velis, & deū patrē iactites? Ad tam insanā cōtumeliā qd' respondit clemētissimus Iesus? Ad Samaritani cōuiciū, quam q̄s vulgo magni p̄bri loco habebat, tamē qm̄ nihil aliud erat, quā ipotentis iræ maledictū, perinde quasi fungum illum vocassent aut bulbū, nihil omnino respondit, sed ad dæmoniāci vocabulum intentatū respondet, sed ita vt nō regerat maledictū, qd' in illos

quisez vobis arguit me de peccato

merito possit retorqueri, sed mansuete depellat ab se: nos interim docēs, vt quoties agitur de gloria dei, quoties aduersus impios defendenda est Euangelica veritas, vehemētes simus & acres: quoties nos ipsi cōuitiis incessimur, lenitatē prestemus, sic vt nec ad oīa respondeamus, sed ea tantum à nobis depellamus, ad quæ sine periculo fructus Euangelici non possemus obticescere. Referebat autē hoc ad fructum Euangelicum, vt intelligeret populus, Christū quicquid ageret nō authore dæmone, sed deo patre authore agere. Mihi, inquit, cum nullo dæmone commercium est: nec ideo me iacto de patre deo, vt ex mendacio mihi gloriā conciliē, sed vt per me pater apud hoīes glorificetur. Vos autem quum gloriemini vobis eundem deū esse patrē, tamen me probris afficitis, qui nihil aliud quæro, quā illius gloriā, cuius vos cultores videri vultis. Ego non affecto gloriā propriā apud homines: nec me lædit vestra contumelia, sed vobis potius adfert exitiū. Est enim qui quemadmodū cupit glorificari apud homines per me, ita me vicissim cupit habere gloriam per ipsum: non quod vel illi vel mihi sit opus hac gloria, sed q̄ sic expediat vobis, vt euitetis mortē, & assequamini salutē. Ego quidē vt nō sum affectator meæ gloriæ, quanquā mea gloria, patris est gloria, ita nō sum vltor meæ contumeliæ: nec ob id tñ existimetis, vobis impune fore, qđ me probris

bris

bris afficitis. Est em̄ qui & quærat gloriã meã, & cõ
tumeliã vlciscatur, nisi resipueritis. Nihil vobis prode
rit generis author Abrahã, nihil Moses, nihil sacer
dotes, aut pharisæi, nihil deus pater, vt verbis gloria
mini. Illud habetote pro certissimo, si quis obtēpe
rauerit sermonibus meis, quẽadmodũ frequẽter di
xi, mortẽ non videbit in æternũ ~~in æternũ~~

~~in æternũ~~ Hoc tam mansueto responso,
quum placari debuerint: hoc tanto præmio quum
inuitari debuerint ad credulitatẽ, tamen pro sua cras
situdine, quod suxta spiritũ dictũ erat de vita anime,
de vita corporum interpretantur: & quod dictũ erat
ad illos erudiendos, seditiose deprauant ad contume
liam patriarcharum, vndiq; studentes aliquid inuidiẽ
confiare domino Iesu apud multitudinẽ. Respondẽt
autem hunc in modum: Ex illo tuo sermone certius
etiam cognouimus, te dæmoniacũ esse, & furiosum,
ac lymphatum, qui hoc promittas seruantibus tuum
sermonẽ, quod nec laudatissimis cõtigit patriarchis,
quibus locutus est ipse deus. Abrahæ loquutus est
deus, quemadmodum & prophetis. Obtemperarunt
illi verbis dei, & nihilo fecius, mortui sunt omnes, &
tu promittis ìmortalitatẽ iis qui seruauerint ea quæ
doces? Qua fronte tu promittis aliis, quod ipse non
habet? Ipse mortalis, aliis promittis ìmmortalitatẽ?
Num tu maior es patre nostro Abraham, qui mor
tuus Nũqd
tuus

tu maior es illi tale sunt ausi polliceri cuiquā. Quid tibi arrogas? Quem te ipsum facis? Anteponis te prophetis & nostro? Abraham, & quod dei est pollicens, deum te facis. Ad hęc iudeorū insana conuicia, sic responsum suum tēperauit dominus Iesus, ut quoniam nondum erant capaces tanti mysterii, subindicaret quidē se maiorem esse prophetis, & ipso Abraham, & vnum se ex diuina virtute posse præstare, quod polliceretur, cæterū apud rudes arrogantiæ speciem vitaret. Sed mitigauit orationem, ne commotos magis etiā irritaret. Ego, inquit, nihil arrogo mihi falso. Etenim si more hominū captarē gloriā meā apud homines, mēdax & inanis esset gloria mea. Et si gloriam affectarem, nō esset opus illam apud homines venari. Est enim pater, unde proficiscitur omnis vera gloria, qui me glorificat. Ab hoc qui glorificatur, hunc non dehonestant hominum opprobria. Et si vultis scire quis sit ille pater meus, is ipse est, quem vos iactatis vobis quoq; deū esse simul & patrem. Cuius si vere essetis filii, nimirū agnosceretis illius legatum: si vere cultores essetis, faueretis illius gloriæ: nec eum afficeretis contumelia, quem ille vestræ salutis causa misit in mundum. Verum vt falsa religione colitis eum, ita falso vindicatis vobis illius notitiam. Ille spiritualis est, & vos nihil aliud sapitis, quā carnalia. Ego vero, qui vere filius

illius

illius sum, noui illum, quod non falso mihi arrogo,
 sed quod verum est loquor: & si negem me nosse il-
 lum, tam sim futurus mendax: quàm vos estis vani,
 profitētes vos scire deum, quum deum ignoretis. Ab
 illo missus sum, & apud illum fui, ante quàm venire
 in mundum. Itaque noui eum, & quicquid ille mihi
 mandauit, seruo. Quisquis autem contemnit sermo-
nem meum, deum contemnit, cuius nomine legatio
ne fungor, idq; bona fide. Quisquis autē dei sermo-
 nem aspernatur, is nec nouit deum, nec eū habet pro
 deo. Porro qđ sine fine iactatis patrem Abraham, cu-
 ius estis dissimilimi, mihiq; concillatis inuidiam, qđ
 illi me præferam, equidem nec meam iactō magnitu-
 dinem, nec illius dignitatem imminuam. Illud modo
 dicam, quod Abrahā, quem vos miramini potius,
 quàm imitamini, quantus quantus fuit, tamen exulta-
 uit, sibiq; felix futurus est visus, si contigisset videre
 diem meū. Ac vidit quod optauit, & magnopere ga-
 uisus est vir tantus sibi contigisse diem meū, quem
 vos aspernamini. Hoc ænigmate Iesus significauit,
 Abrahā quū pararet immolare filium Isaac, per pro-
 phetiæ spiritum vidisse dominū Iesum in mortē cru-
 cis à patre tradendū, pro mundi salute, nec tamen ob
 mortē interiturum, sed post triduum ad immortalit-
 tatē reuicturum. Hoc mysterium nondum intelligen-
 tes Iudæi rursus iuxta carnalē sensum calumniantur,
 nihil

nihil aliud suspicātes Iesum esse, quā hominē, nec ante fuisse, quā de Maria nasceretur. Nondū, inquit, annos natus es quinquaginta, & Abraham ante tot ætates mortuum vidisti? Tandem dominus Iesus, veluti prouocatus eorū conuiciis subaperit diuinæ naturæ scintillam iuxta quam non nouit tempus, neq; secula, sed semper idem fuit ante omnia secula, quē admodum deus pater nesciens tempus, semper est quod est. Sic enim loquitur ad Mosen: Ego sum qui sum, æternitatē & indemutabilē naturā significās. Paterno itaq; verbo vsus filius: Illud, inquit, etiam atq; etiam confirmo vobis, licet nondū credituris, antequā Abraham nasceretur, ego sum. Ad hanc vocē veluti palā blasphemam, quod homo mortalis sibi videretur æternitatē soli deo competentē arrogare, non amplius temperarunt manibus, sed sublati lapidibus aggressi sunt eum saxis obruere. Iesus autē se deum professus, vt hominem quoq; demonstraret, cessit illorum furori: non quod illorum violentiam metueret, quā illi in manu fuerat cohibere, sed nos interim docēs, vbi tempus postulat gnauiter ac fortiter esse prædicandā Euangelicam veritatē: rursus vbi nostro sumus officio functi, non esse sine fructu prouocandam malorum vesaniam. Nouerat enim dominus Iesus, non dicam crassæ multitudini, sed nec discipulis persuaderi potuisse, si se palām prædicasset deum & hominem,

minem,

minem, atq; eundem simul & mortalem esse iuxta corpus humanū, & immortalem iuxta naturam diuinā: iuxta carnē in tēpore natū hominē ex homine: iuxta diuinam virtutē ante omnia tēpora semper fuisse deū ex deo. Hoc enim tā arcanū mysteriū, magis erat miraculis, morte, resurrectione, in coelum ascensione, sancti spiritus afflatu, suo tēpore persuadēdū mūdo, quā ante tempus apertis verbis nō credituris ingerēdum. Subduxit itaq; sese Iesus illorū furori, & clāculū egresus est tēplum, ipso facto præludēs, futurū, vt Euāgelica lux, ab impiis, ac suapte sponte cæcis Iudæis repulsa, demigraret ad gentes, & illis qui sibi soli videbant religionis cultores, relinqueret sua domus deserta, aliō se cōferente Iesu, qui solus est veræ pietatis author.

CAPVT IX.

CESSIT igitur dominus Iesus ad tempus illorum furori, quos adhuc videbat insanabiles: ac miraculis declarare potentiam suam diuinam aggreditur, quam oratione nondum poterat persuadere. Et ecce statim obuium est argumentum, non abhorrens ab iis quæ gesta fuerant in templo. Siquidem illic cū cæcis fuerat concertatio, sed animo cæcis non corpore, quod infelicissimum est cæcitatibus genus: atq; hoc etiam infelicius, quod quum essent plus quàm cæci, tamen sibi viderentur oculati, vt non solum essent infelices, verumetiam inmedicabiles. Minus enim erat miser

miser cæcus, quem Iesus præteriens vidit, qui corporis tantum oculis erat captus, idq; à natiuitate, vt medicis quidē esset insanabile malum, non etiā Christo. Mentis oculos habebat. Hunc igitur cum esset intuitus Iesus, veluti miserescens hominis ob infelicitatē, discipuli qui meminerāt quod paralytico sanato dixisset: Vade noli post hac peccare ne qd accidat tibi grauioris mali, suspicātes omne corporis vitium, ex animi vitio nasci, de cæco itidem percōtantur, cuius vitio accidisset, vt cæcus nasceretur. Cum enim nemo peccare potuerit antequam nasceretur, quisquis cum morbo vicioue corporis nascitur, videtur ob alienam culpam puniri, quod præter equū esse videretur. Rabbi, inquit, vnde huic tantum malum, vt cæcus nasceretur? Vtrum ex ipsius peccato, aut parentum? Respōdit Iesus: Nec hic suo peccato cōmeruit, vt cæcus nasceretur, qui peccare nō potuit, cum nondum esset, nec patres eius. Non enim punit deus liberos ob delicta parentum, quēadmodū docet lex, nisi filii parentū æmulentur vitia. Sed huic casu quopiā accidit cæcitas, nullius vitio, quēadmodū multa multis accidunt in vita mortalium. Sed huius infelicitas in hoc prohibita nō est, vt per eū declararetur hominibus potentia bonitasq; dei, cui cæci Iudæi tā pertinaciter reclamant. Quo malū est insanabilius, hoc illustrior erit mali depulsi gloria. Ego in hoc missus sum in mundū, vt procurem gloriam

riam

riam dei factis huiusmodi, quæ incredulis fidē faciant
me vera loqui, vt qui crediderit sanetur à cecitate sua.
Hoc mandatum mihi gnauiter exequendum est, quā
diu dies est. Nam luce solent homines operari, si quid
habēt operis. Nox enim ad opus inutilis est. Interim
igitur dum præsens dies operādi præbet facultatem,
quæ ad salutem æternam pertinent, non est cessandū.
Ventura est enim nox, cum iam frustra velint homi-
nes operari, nec possint. Quādiu sum in mundo, lux
sum mundi. Si homines properant vt opus quod ob
huius vitæ vsum aliquem obeunt absoluant ante solis
occasum, quanto magis adnitendum est omnibus, vt
dum me præsentem habēt, peragant eterne salutis suæ
negociū, cuius gratia fit à me quicquid interim ope-
ror in hoc mundo. Quid enim aliud ago, quā vt om-
nes per oculos fidei videant & agnoscant deum, & hu-
ius filium, quem misit in mundum? Breui sum abitu-
rus, tum frustra desiderabunt lucem, qui nunc opera-
ri noluerunt. Hoc sermone dominus Iesus tecte sub-
monuit eos qui aderant, vt abiecta incredulitate pro-
perarent credere filio dei, quem iuxta carnem non es-
sent diutius visuri. Porro qui aliter nō poterant ad cre-
dulitatem adduci, nisi ex auditis ipsius sermonibus &
conspectis miraculis, frustra desideraturi forent subla-
tum, quem præsentem contempserunt, & ad cuius lu-
cem omnium ingestam oculis, oculos suos occluserunt.

Porro

Porro qui obstinatis animis persisterent in spontanea cæcitate mētis, eos vt deploratos, & insanabiles aliquādo relinquēdos suo malo in æternū exitium, videlicet ingruente calamitate miserabili, quæ perderet eos potius, quā sanaret. Ad hæc olim venturum horribile iudicium, quum iam impiū frustra cupient operari salutis suæ negocium, nec licebit. Nox enim illa nō partietur, cū diem in quo licebat, neglexerint. Porro dū quisq; in vita corporis est etiā post sublatū in cælos Christi corpus, tamē habet illius lucem ex apostolis, sacrisq; literis, quæ facultatē præbent operandi, quod ad salutem pertinet. Ceterum, semel extincto corpore, iam illi dies suus occidit, nec amplius potest operari, sed superiorū operum merces est expectanda. Hæc tū obscure dominus Iesus, tardos ad credendum homines, metu futuri extimulans. Iam vero miraculum expectantibus discipulis, Iesus expuit in terrā, ac spuito commixto pulueri, fecit lutum: id illeuit oculis cæci, paternū videlicet ac suū verius opificium referēs, quo primum hominē ex argilla humore macerata, finxerat. Eiusdem autē erat authoris restituere quod perierat, qui condiderat quod non erat. Et maioris est virtutis, sarcire quod corruptū est, quā gignere quod natum non est. Sed interim huius malagnatis novitas, omnium animos attentos ac suspensos reddidit ad miraculi futuri considerationem, simulq; cæci constantē

stantem fiduciam arguit, qui nihil obmurmurat illi-
nenti, sed simpliciter obtemperat facienti quod vel-
let, nihil addubitans de beneficio, quocumque mo-
do daretur. Nec statim recepit oculos cæcus, sed vt
erat oblitus luto, iubetur ire ad piscinam Siloæ, at-
que illic aquis proluere lutum oculis oblitum, quo si-
mul & illustrior esset omnibus cæci fiduciam, nihil
detrectantis quod iuberetur facere: & nouitas spe-
ctaculi, nec non longioris itineris mora, plurimos
euocaret miraculi testes. Cæcus enim non procul à
templo sedebat, iuxta viam mendicans, & Siloæ fons,
vnde piscina nascitur, est ad radicem montis Sion,
de cuius aquis mentionem facit & Esaias, quæri-
turq; eas fuisse contemptas, non quod ex illis aquis
quisquam salutem sit assequutus, sed quod diuinæ
scripturæ typum gerant. Quæ cum absq; strepitu
mundanæ eloquentiæ placide leniterq; fluant, ta-
men quoniam ex abstrusis diuinæ sapientiæ cauernis
scatent, cœlestem vim habent depellendi quamuis in-
ueteratam humanæ mentis cæcitatem, & eos oculos
aperiendi, quibus videtur deus, quem vidisse felicitas
est. Nam Siloæ Syriaca lingua sonat missus. Vnus
enim est vnice missus à patre, qui solus illuminat men-
tes hominum. Fons enim ille Christum ipsum repre-
sentabat, qui nunc quoq; in scripturis arcanis virtute
latitans aperit oculos cæcorum, si modo suam agno-
uerint

p

uerint

uerint caliginem . Plus quàm cæcus fiat oportet, qui velit accipere lucem à Christo. Qui mundo sapit, nimium abest à spe sapientiæ cœlestis : qui sibi est oculatus, nec dignatur luto Iesu occludi sibi oculos, non est quod speret lucem euangelicam . Quum huc igitur vt erat iussus iret cæcus ob mendicitatem vulgo notissimus , quod talis esset natus , dubium non est, quàm euntem , magna vis populi non sine risu comitaretur , lutatis oculis ac bis cæcum incedentem ad aquas nullo miraculo nobiles . Vbi ventum est ad aquas, abluit lutum ab oculis, ac domum rediit apertis oculis clare videns. Itaque vicini, ceteriq; qui prius eum nouerant : neque enim parum multis notus esse poterat , quum publicus esset mendicus , quum faciem agnoscerent , oculos autem mutatos conspicerent, dicebant : Nonne hic est ille, quem vidimus ante templum sedentem iuxta viam ac medicantem? Nō nulli dicebant , is ipse est : alii contra, non est ille, sed est alius illi similis . Dissidentibus illis inter sese, cæcus ipse: imò , inquit , sum idem ille mendicus & cæcus à natiuitate , quem sæpe vidistis , vt vox quoq; agnita, fidem faceret miraculo : Atqui nos te cæcum vidimus , inquit, nunc videmus apertis oculis certentem . Vnde accidit, vt tibi prius clausi, nunc aperti sint oculi ? Homo ille, inquit, qui dicitur Iesus lutum fecit , eoq; vnxit oculos meos , quo facto dixit,

abi

abi ad piscinam Siloæ, atque illic laua oculos. Abi, laui, & video. Tum illi quærentes occasionem calumniandi dominum Iesum, quod temperato luto & oculis inuncto, nonnihil operis fecisset in sabbato, rogant ubi nam esset ille, qui hoc fecisset. Is quum respondisset se nescire quis esset: non enim nouerat Iesum, nisi de nomine, de facie non nouerat, adducunt eum, qui ex cæco factus est videns, ad pharisæos, vt apud hos re simpliciter narrata proderet Iesum quod violasset sabbatum. Nam sabbatum erat quum Iesus aperiret oculos cæci. Rursus igitur pharisæi percontantur hominem. Nouerant enim quomodo ex cæco factus esset videns. Ille nihil metuens, simpliciter vt res habebat narrans: lutum, inquit, temperatum saliuâ inunxit oculis meis, iussusq; laui in Siloâ, deinde video: Hoc audito, quidam è phariseis dicebant: Non est hic Iesus à deo tametsi patrem deum habet in ore. Nam si deum haberet autorem, non violaret huiusmodi factis sabbatum, quod deus iussit obseruari. Nefas est violare diem sanctum. Cum huiusmodi deus non habet commercium. Sic illi peruerse increduli, quoniam factum tam manifestum inficiari non poterant, neq; tam beneficum damnare, ex diei religione mutuuntur calumniam. Rursus alii sanabiliore: si hic, inquiunt non esset deo gratus, & ob violatum sabbatum nefarius esset,

p 2 quō

quomodo posset hæc ædere miracula ? Res ipsa loquitur hæc præsidio dei fieri . Neq; enim hoc primum nunc ædidit miraculum . Ad hunc modum de Iesu variatum est inter illos sententiis . Pharisei igitur qui captabant vndecunq; calumniandi ansam, rursus appellant eum , qui cæcus fuerat : Tu inquiunt, quid sentis de illo, qui tibi aperuit oculos ? Illud venabantur, si male prædicasset de Iesu, quod non ignorabat illos velle , haberent quod obicerent illis , qui de Iesu mediocriter sentiebant : sin bene , sæuirent in ipsum hominem , eiicientes e synagoga . Mendicus autē simpliciter & intrepide pronunciat de Iesu, quid sentiret . Mihi, inquit, videtur esse propheta, magnum quempiam & insignem virum hoc titulo significans, cuius & famam acceperat, & virtutem in se fuerat expertus . Erant itaq; permulti Iudæi, quibus persuaderi non poterat, hunc esse eundem illum, qui nuper se disset ad fores templi mendicans , à natiuitate cæcus, quum hunc constaret apertis oculis clare cernere . Vocati sunt igitur parentes, qui peculiaribus etiam indicis filium suum nosse poterant . Atq; hic maliciosa phariseorū curiositas proficiebat ad gestæ rei fidem, simul & gloriam . Dicunt igitur parentibus : Num hic est ille vester filius , quem vos dicere soletis cæcum fuisse natum ? Et quid accidit, vt nunc videat ? Illi, vt sunt timidi, quibus res est angusta domi, sentiētes

tientes pharisæos ansam venari calumniæ, caute respondēt. Hoc quod habemus, inquit, indubitātū, testari possumus. Scimus hunc esse filium nostrum, scimus cæcum fuisse natū. Cæterum, reddidit visus, neq; modum nouimus, neq; autorem. Hoc ipse certius quàm nos testabitur. Nec enim puer est, vt nesciat quid ipsi acciderit. Habet ætatem, ex ipso magis percontemini, ipse de se loquatur, quod nouit. Hæc dicebant parentes, nō quod nescirent, quid accidisset filio, sed maluerūt illum vnum venire in periculum, quàm communi periculo inuolui cum filio. Iā enim Iudæi conspirauerant, vt si quis auderet Iesum profiteri Messiam, eiceretur è synagoga, quod apud Iudæos magni probri loco ducebatur. Vnde & apud euangelii professores seuerissimum pœnæ genus est, vt si quis à sua professione degenerans, in crimen aliquod insigne prolapsus fuerit, reliquorū confortio semoueat, vt à cæteris deuittatus, pudore respiscat, qui salubribus monitis corrigi non potuit. Sed hoc exemplum clementis fæuitiæ, quod in eos duntaxat conueniebat exhiberi, qui se viciis suis redderent execrabiles, ac pestilentes, Iudæi vertebant ad suæ tyrannidis, stabilimentum, quemadmodum & cæteris omnibus bene institutis ad quæstum suum & ambitionem abutebantur. Telum enim quod tantum in malos torqueri debebat, & eos quidem sa-

p 3 nandos

nandos magis quā perdendos, id vertebant in eos qui Christum profiterentur. Hoc metuentes parentes, inuidiam testimonii reiiciebant in filium: Aetate habet, inquit, ex ipso sciscitemini: Reuocatus est igitur is qui fuerat cæcus, vt sibi testis esset, ac patronus, simulq; gloriæ Christi præco. Totam enim pharisæorum maliciam Iesus vertere solet in dei gloriā. Cum enim factum euidentius esset, partim parentū testimonio, partim ipsa re, quā vt dissimulari negariue posset tamen vt facti laudem à Christo quem oderant, auertant: Quod ex cæco, inquit, factus es videns, noli ascribere Iesu, cui nihil debes, sed gloriam istius beneficii tribue deo. Nos enim certum habemus, quod hic Iesus homo scelerosus sit, cui cū deo nihil est commercii: Pharisei separare conabantur quod separari non poterat, videlicet gloriam patris à gloria filii, & impietati suæ summæ pietatis vmbra prætexunt, velut illis scilicet curæ sit, ne pereat deo sua gloria, cum propriam gloriam quærent in omnibus, diuinæ gloriæ negligentes. Ad hæc cæcus fortiter simul & circumspectæ respondens: An homo scelerosus sit, inquit, alii viderint, de hoc pronunciare non est meum. Vnum illud vere testari possum, quod ipsa re comperi, me prius fuisse cæcum, & nunc videre. Hic quum pharisæis nulla satis idonea daretur ansa, vel calumniandi Iesum, vel in ho-

minem

minem fauendi, circūspecte cauteq; loquutum, ad superiores percontationes reuoluuntur, vndiq; venantes, vnde Iesum spolient sua gloria. Quid, inquit, fecit tibi, aut quibus modis aperuit tibi oculos? sperantes fore, vt ex re aliter narrata aliquid decerperent, vnde persuaderent hoc laudis non deberi Christo. Aduersus tam impudentem pharisæorum maliciam, iam mēdicus factus confidentior, respondit. Modo dilucide, sicut res habet, narraui, semel audistis. Quorsum attinet eadem repetere? Si animo sincero percontamini, iam rem exposui, meoq; testimonio quod à me flagitabatur satisfeci, sin minus, iniquum fuerit eadem iterare. An ideo tam diligenter percontamini facti modum, vt re exacte cognita, vos quoque velitis illius fieri discipuli, per quem deus tanta operatur, quemadmodum ego virtutem illius expertus, multi que alii discipuli illius sumus? Hac tanta mendici confidentia, pharisæi irritati non responsum reddunt, sed conuicium ingerunt, id imprecantes homini, veluti summum malum quo solo poterant ipsi quoque felices reddi, & à se per abominationem depellentes, quod summis votis erat optandum, nisi tam animis essent cæci, quàm antea corpore fuerat ille mendicus Evangelista: Tu, inquit, sceleste, scelesti illius discipulus esto. Nos talem magistrum abominamur,

p 4 qui

Magi-
stri no-
stri.

qui Mosi sumus discipuli, cum quo Iesus iste nō est conferendus. Certū em̄ habemus quod Mosi loquutus sit deus, quodq; quicquid nos docet, ex deo doceat. Iesum autem istū quī audiamus, quī vnde profectus sit nescimus? Doceat ac probet nobis autoritatem suam, & fortasse credemus illi. Creuit inter disputandum mendici fiducia: quūque sentiret illos omnibus technis moliri perniciem aduersus Iesum, tamen fortiter cōtemptis omnibus periculis, illius causam agit, ex miraculo redditi luminis colligens & conuincens non esse obscurum, vnde profectus esset Iesus. Admiror, inquit, quī dicatis vos nescire, vnde sit Iesus, quū illud negari non possit, per eū mihi apertos esse oculos, quos natus etiam habebā clausos. Certe illud extra controuersiam est, nec vos dissentitis, deum non audire vota peccatorum. Verum si quis illum pie colit, & eius quem colit religione voluntati obtemperat, hunc audit. Quod si deus per Iesum mihi cæcitatem ademit, tametsi præcipua gloria deo tribuitur, tamen pius dei cultor, & amicus deo sit, oportet, ad cuius vota beneficium tā insigne mihi præstitit. Nec enim vulgare est, aut mediocre miraculum, quod in me factum videtis. Multa memorantur prodigia, quæ deus olim gessit per maiores nostros, sed sanctos, non peccatores. Verum si repetamus ab orbe condito, quis vnquam audiuit extitisse

extitisse quenquam qui cæco nato aperiret oculos, & depulsa perpetua nocte, lucem infunderet? Quod nisi Iesus iste profectus esset à deo, nisi dei virtus illi adesset, ex se nihil omnino posset efficere. Non enim humanarū viarū est, qđ tamē factum cernimus. Hac mendici fiducia prorsus efferati pharisæi, quum iam spes non esset fore, vt ille vel corruptus, vel metu ter- ritus desisteret à prædicando Iesu, ad extrema veni- unt. Exprobrant ei pristinam cæcitatem, exprobrāt fortunæ tenuitatem, quasi hæc illi ob scelera sint diui- nitus inflicta, quasiq; scelerosus nascatur, qui pauper aut cæcus: aut alioqui viciato corpore nascitur: Tu, inquiunt, in peccatis natus es totus, & nos doces, qui religionis arcem, & legis professionem tene- mus? Et qui paulo ante stipem emendicabas, hic apud tantos viros audes philosophari? Nec diutius illum passi sunt dicere, & pudebat sic ab homine paupere & idiota sibi obturatum os. Eiecerunt igitur hominem è synagoga, velut impij magistri di- scipulum impium. Sed quos pharisaicum supercilij um è synagoga eiecit, Christus recipit in suam eccle- siam. Ab impiorum enim cōmunionē secludi, iungi Christo est: & ab his qui suam iusticiam falsam sta- bilientes, veram dei iusticiam oppugnant, damnari, probari est: & ab his qui suæ studentes gloriæ, Iesu gloriam obscurare nituntur, affici contumelia, sum- mæ est

mæ est gloriæ: & execrabilibus execrabilem esse, est deo charum esse. Renunciatum est igitur Iesu, de suæ gloriæ præcone quâ fortiter sese gessisset apud pharisæos. Iam enim res populi rumore spargebatur, quod eiectus esset. Vt igitur nactus est illum obuiû, quo fidem illius faceret omnibus magis conspicuâ, ait illi: Heus tu credis ne in filiû dei? Iam enim apud pharisæos professus fuerat, illum à deo profectû esse, qui rem tantam perfecisset. Nec id latebat dominum Iesum, sed propter alios elicit hominis professionē, exemplum procurans cæteris. Cæterum, is qui cæcus fuerat, quum Iesum de facie nondum nossent, magno tamen affectu sic quoq; nosse cupiens eum, quē diceret filium dei. Quis est, inquit, ille domine, vt si norim, credam in illum? Crediderat in eum etiam nō conspectum: nec hæc vox est diffidentis, sed ardentis videre, tanti beneficii autorem. Iesus itaq; modestis verbis significans se esse de quo loqueretur, ait: Quē videre cupis, iam vidisti: & qui nunc loquitur tecum/ ipse est, in quem oportet credere, Ad hæc ille nihil contatus, magna alacritate professus est se credere: simulq; cum dicto accidit ad genua Iesu, & adorauit eum, re nimirum ipsa declarans, quid de eo sentiret.

In iudicium animos qui aderant: Ego, inquit, qui lux sum cū ego mundi, ideo veni in hunc mundū, vt inuertatur rerū vices,

vices, prodita nimirū per Euangelicā lucē falsæ fan-
 titatis, ac fucatae cognitiōis imagine: vt qui ante hac
 nō videbāt, videant, & qui nūc vident, excæcentur.
 Hoc dicto notauit Iesus pharisæorū peruersum iudi-
 cium, qui cū sibi viderent soli scire quid eēt religio,
 quid esset lex, qd eēt iusticia, turpius cæcutiebāt, quā
 quiuis ē media plebe: nimirū mūdi cupiditatibꝫ ani-
 mi iudiciū offuscantibus, quū pauperculus ille cæcus
 humilis & idiota, quēadmodū donatus erat luce cor-
 poris, ita tm̄ animo cernebat, vt ipsorū etiā pharisæo-
 rū conciliū veritate vinceret. Neqꝫ fefellit huius ser-
 monis aculeus, aliquot ē pharisæis, qui tū Iesum ani-
 mo nō sincero comitabātur, sed calumniādi potius
 ansam vndiqꝫ captantes. Hi non recedentes ab arro-
 gātia, quo vel honorificū de se testimoniū extorque-
 rent à domino, vel haberent vnde deferrent illum
 apud pharisæorū ordinē, dicūt illi: Num & nos cæ-
 ci sumus? Iesus autem ad hāc tam insidiosam pariter
 & arrogantem interrogationem sic respondet, vt
 ostendat eos qui sibi viderentur admodum oculati,
 plus quā cæcos esse: non enim corpore, sed animo
 cæcos esse: & hoc insanabilius esse cæcos, quod sibi vi-
 derentur oculati. Si vere, inquit, essetis cæci, ac mentis
 incitiam agnosceretis, daretur venia simplicitati. Nūc
 vero quum re vera cæci sitis, & tamen arrogatis vo-
 bis apud populum eruditionis laudem, insanabiliter
 estis

estis cæci. Quemadmodum hic cæcus quoniam agnouit vitium corporis, assequutus est lucem: vos quum excæcati cupiditatibus carnis vestræ, sponte vestra cæcitis, sanari non potestis, sed perseueratis in peccato incredulitatis, quum idiotæ, qui prius ignorabāt veritatem, conspectis miraculis, & auditis sermonibus meis, amota caligine lucem veritatis amplectantur. Qui sibi legis cognitionem arrogat, oppugnans eum, qui summa est totius legis, plus quā cæcus est, totaq; errat via. Hactenus in vmbriis versati sunt omnes: nec vlla patet ad lucem via, nisi per fidem Euangelicam. Populus ideo facilius visum recipit, quia non perinde sibi videtur perspicax: & si quid caligat, ruditas est verius quā malicia. Cæterum qui quum ipsi sint bis cæci, tamen se profitentur doctores plebis, hoc est, duces cæcorum, perniciosius & immedicabilius cæci sunt. Nam nec ipsi veniunt ad lucem, & alios seducunt ob falsam opinionem, ac speciem eruditionis & sanctimonie.

CAPVT. X.

ET tamen quum tales essent, indignabantur, & inuidebant domino Iesu, quod populum alliceret ad se, & à pharisæorum ac sacerdotum obedientia seuocaret: qui quum authoritatem suam honestis rationibus tueri diutius non possent, fucis, terroribus,

terroribus, infidiis, minis, impiis conspirationibus tyrannidem suam contendebant defendere, non seruientes populi commodis: quemadmodum par erat facere, qui se populi doctores ac duces pastoresq; profitebantur, sed populi malo sua captantes commoda. Iesus itaq; qui prius multis similitudinibus inuitauerat omnes ad se, nunc panem se vocans coelestem, vnde qui ederet viueret in æternum: nunc aquam viuam, vnde qui biberet, conciperet in sese fontem aquæ salientis in vitam æternam: nunc lucem mundi, quæ illuminat omnium mentes: nunc filium ac legatum dei patris, cui qui crederet, salutem æternam consequeretur, hoc loco idem agit alia parabola, quo magis & altius infideat animis omnium, quod est totius salutis humanæ caput, neminem esse posse ducem ac pastorem populi, nisi prius ipse sit ouis Christi, veri pastoris omnium ouium, quæ collocandæ sunt à dextris in die supremo. Ouis autem Christi non est, qui non est membrum Christi: membrum Christi non est, qui mundum hunc, qui gloriam suam anteponit gloriæ Christi. Porro pharisæi, quoniã sine Christo pastores esse volebant, latrones ac fures erant, non pastores: quamquam sibi pastorum nomē ac supercilium vindicabant. Hos igitur notans, illud, inquit, pro certo vobis affirmo, quisquis intrat in caulas ouium, non per ostium, sed aliunde irrumpit, vel transcensis septis, vel perfosis

sis muris, is non pastor est, sed fur est & latro. Fur, ut
 fraude subripiat aliquid: latro, ut vi perdat. Cæterum
 quisquis intrat per ostium, quoniam nihil doli medi-
 tatur ouibus, is pastor est, & huic per ostium ingredi
 volenti aperiet is, qui solus ius habet aperiendi ostium.
 Huius vocem quoniam veri pastoris est, agnoscunt &
 audiunt oues, quum ad latronis & furis vocem inco-
 gnitam expauescant. Quanquam enim ouis simplex
 est animal, & ab alieno pendens præsidio, tamen ag-
 noscunt vocem pastoris, vnde sentiunt utilitatem, &
 horrent vocem luporum, vnde metuunt mortem. Pas-
 stor igitur per ostium ingressus in septa, non terret
 oues, sed agnoscitur, & vicissim agnoscit suas oues,
 adeo ut nominatim etiam singulas vocare norit, &
 illæ vocatæ parent vocanti. Vocantur enim ad pa-
 bulum, non ad lanienam. Et vocantur amica notaq;
 voce, non protruduntur: vltro parentes, adducit
 in pascua: quumq; iam eductæ è septis, quibus con-
 tinebatur, prodierint in liberos campos, ne quid aber-
 rent, pastor ille verus ac notus præcedit gregem suū,
 grex præeuntem consequitur. Non enim præcedit
 mutus, sed subinde voce sua prouocat oues ad sequen-
 dum, & ab errore reuocat. Agnoscunt autem sui pa-
 storis vocem, ad quam se dirigunt. Cæterum pasto-
 rem alieni gregis, non sequuntur, sed abhorrent ac
 refugiunt ab ignoto, propterea quod non agnoscunt
 nisi

nisi proprii pastoris vocem . Hoc ænigmate dominus Iesus taxauit pharisæos, scribas, sacerdotes, ac primores populi, qui indignabantur quod essent multi qui mallent adhærere Iesu, quàm ipsis qui se duces credebant populi . Porro qui sues erant, aut hirci, audiebant illorum vocem. Cæterum qui vere oues, doli expertes, simplices & innoxii, agnoscebant vocem domini Iesu, qui verus erat pastor, cui pater ostiarius aperuerat ostium, vt oues sibi parentes adduceret in æternæ vitæ pascua. Cæterum quum pharisæi non intelligerent quid sibi vellet hæc parabola, dignatus est aperire : quæ tectius ideo dixerat, vt magis redderet attentos, & altius infideret animis auditorum, quod per similitudinem esset infixum . Pro certissimo confirmo vobis, inquit, quod ego sum istud ostium, de quo loquutus sum, per quod oues ingredi & egredi oportet, si velint incolumes esse . Per hoc ingrediatur oportet, qui pastoris munus velit obire . Non enim satis est intra septa ecclesiæ quacunq; via irrupisse : non satis est ad pastoris titulum ac dignitatem quomodocūq; penetrasse. Huiusmodi quotquot fuerunt, qui peruersis rationibus irruperūt in ouile populi dei, nō pascendi, sed spoliandi animo: quoniam per me, qui sum ostium, ingressi nō sunt, nō sunt pastores, sed fures sunt & latrones, nimirum quæstus auidi, & tyrannide violenti. Sed istorū omnium vo-

cem

cem audierunt fues & hœdi, qui mundum hunc diligunt. Cæterum oues æternæ vitæ pascuis destinatę, & Evangelici pabuli avidę, non audierunt vocem istorum quod veri pastores non essent, nec in eis agnoscerent vocem Euangelicam. Vox enim non sonabat pastorale quiddam, sed prædonis magis ac lupi. Ego inquam sum ostium. Non est salutaris aditus in ecclesiã ac regnum cœlorum nisi per me, siue pastor esse velis, siue ouis. Per me si quis introierit, salutem æternam assequetur: nec erit illi periculũ à furibus ac latronibus, sed hoc pastore tutus ingredietur in caulas, fruiturus ocio felici contemplationis, egredietur in pascua, proditurus ad officia charitatis: nec deerũt vsquã pascua, sed vbiq; dabitur materia benefaciendi, quo simul & aliis profit, & ipse benefactis in caulas redeat saginatior. Habetis igitur vnã notã, qua possitis ouem ab hœdo, verum pastorem à falso dignoscere. Qui mihi non credit, & tamen se facit populi pastorem, ab hoc cauendum est, Tum autem vox prodet qualis sit, si quæ loquitur non sapiunt dei gloriam, non populi salutem, sed propriam gloriam, sed quæstum, sed humanam astutiam, sed tyrannidem: ab hoc sibi caueant oues, fur enim est & latro, non pastor: & hoc perniciosior, quod personam pastoris mentitur. Quod si vox non satis euidens erit indiciũ, obserua quid agãt. Fur nõ in aliud venit, nisi vt furetur, & è gregis alieni

malis

malis sibi turpe lucrum comparet. Latro non venit nisi ut laniet, ac perdat, & in gregem, cui prodesse debebat tyrannidem exerceat. Tribus igitur argumentis licebit dignoscere verum pastorem, & furem, aut prædonem: si per ostium non ingrediatur, hoc est, si me non agnoscat, per quem vnum salutis æternæ spes est, si non loquatur ea quæ congruant doctrinæ diuinæ: si spectet aliò, quàm ad ea quæ pertinent ad dei gloriam, ac populi salutem. Horum si nihil competit in me, si pater aperuit ostium: si loquor ea quæ cum legis ac patris voluntate consentiunt: si nusquam venor lucrum aut gloriam meam, sed patris obtemperans voluntati, nihil aliud sitio, quàm salutem omnium, intelligite me esse verum pastorem: & agnoscite autorem meum, vocem meam, & agnoscite studium meum. Qui se iactant esse pastores, hoc agunt, ut ex vestris incommodis, sua comparent commoda: quibus tum optime est, quum gregi est pessime. Ego per ostium ingressus, non in aliud veni, nisi ut oves morbidæ farentur, mortuæ viuant, ac viuæ saginentur omni virtutum genere. Bonus pastor habetur, qui viuit quidē de prouentu gregis sui, qui bona fide reducit oves in septa, qui reducit in pascua: qui nihil furatur, nihil mactat. Sed longe vincit hanc integritatē pastor Evangelicus. Non enim solum non spoliat gregem uti fur: non solum non laniat uti prædo, verum etiam vitam

Ego
sum pã
stor bõ
nus:
q
suam

suam impendit pro tuendis ouibus suis: tantū abest, ut lucri gratia lædat gregem suæ fidei concreditum, aut perdat quod seruandum suscepit. Proinde cæteri, qui se pastores iactant, lupi sunt, non pastores. Quod si quæritis exemplū ac specimen boni pastoris: ego sum pastor bonus, qui nō solum ipse nihil venor cōmodi ex malo gregis, verum etiam mea bona gratis cōfero, & aduersus eos qui gregem infestant, vitam etiam meā impendo. Hoc quod amicus non præstat

Mercede amico, præsto ouibus meis. Non potest esse verus pastor, nisi purus ab omni cupiditate cōmodi priuati: aut, et nisi vitæ quoq; suæ contēptor, si quando periculum qui nō ingruat gregi. Multa sunt enim quæ salutem gregis infestāt. Itaq; qui verus est pastor, & cui grex ex animo curæ est, non ob aliud nisi quod amat gregem, obtēperans illi qui seruandū dedit, nō spoliandū, aut maectandū, is suæ quoq; vitæ dispēdio salutem defendit ouiu. Contra qui mercenarius est, & sui compendii gratia gregis curam suscepit, etiā sibi bona fide rebus trāquillis gregē procurat: tamē si vitæ ingruat periculū, hoc est, si lupum viderit irruentē, proditis ouibus, suæ vitæ fuga cōsulit, gregem lupo dissipandum ac dilanandum relinquit. Quid in causa? Nihil aliud, nisi quod mercenarius est, non pastor. Charitas vera non spectat mercedē. Vbi mercedis est ratio, ibi charitas aut nulla est, aut imperfecta: & si quod præstat

statuatur

statur officium, nō præstatur ex animo veri pastoris.
 Vbi vero res maxime desiderat pastorem germanū,
 ibi grex proditur fugiente cōductitio pastore. Quā-
 obrem? Quia subducta iuxta sensum humanū ratio-
 ne, fatius esse ducit perire gregem alienū, quā se ve-
 nire in capitis discrimen. Atq; hic quidem paulo me-
 lior est his, qui ipsi lupos agunt in gregem, pastores
 mentiti. Sunt enim qui rebus sequūdis, satis bona fi-
 de gregis curā agunt, sed tamen ob insigne periculū
 gregem produnt lupo dispergendū, ac dilaniandum.
 Cogitat enim, quid tum si pereant? Mihi nihil perit.
 Merces in tuto est, & si quid perit mercedis, hoc peri-
 re malo, quā pro pecudib; alienis decertare cum lu-
 po. Reperietur alius grex, cui mercede præficiar, si hic
 perit suo domino. Neq; enim gregis interitus discru-
 ciat animum mercenarii. Ita fit, vt simul & domino
 pereat quod vnice diligit, & grex veniat in exitium
 qui seruari poterat. Non mirum igitur, si talium pa-
 storum vocem non agnoscunt oues Euangelicæ. Ego
 Non oues in culpa sunt, sed pastorum malicia. Nec sum pa-
 indignandum est, si quos pater attraxit, me sequun-
 tur desertis pastoribus mercenariis, furibus & latro-
 nibus. Sentiunt enim quod ego modis omnibus
 sum pastor bonus, vsq; ad vitæ dispendium. Agno-
 sco meas oues velut à patre traditas, cuius omnia
 mea sunt, ac vicissim oues attractæ patris afflatu, pa-
 store

storem suum agnoscunt, diligunt, ac sequuntur: nimirum intelligentes sibi non esse spem salutis, nisi per me.

Sicut Me pater agnoscit ut germanum filium, suæque voluntati nouit per omnia obsequentem, & ego vicissim agnosco patrem, qui cupit omnes saluos fieri. Ex illius mandato ut tam meam impedo salutem mearum ouium, quas mihi seruandas tradidit: nec committam, ut me pastorem quicumque possit in eas hic mundus, aut huius mundi princeps diabolus: sed ut mei sint incolumes, ipse me tradam in mortem, hac via lupi vires fracturus, & oues mihi parentes ex illius faucibus erepturus. Nec patris voluntati, nec meę charitati satis est si seruem has oues, quas ex Israelitico populo primum seruandas mihi tradidit pater, latius se porrigit mea cura. Sunt & in aliis gentibus oues dispersæ, ac luporum, furum & latronum insidiis obnoxie: nec commoquiescam donec has quoque ad communes Et vocem caulas reduxero. Et quanquam non audiunt vocem meam au si, aut prophetarum, agnoscunt tamen & audient vocem meam, si quæ sint oues salutis destinatę. Non enim natio secludit a salute. Quisquis audit vocem filii dei, qui verus est pastor, saluus erit. Hactenus dispersus fuit dei grex, ob multitudinem falsorum pastorum. Omnes salutem pollicentur, & suam quisque vocem habet, & alius alio vocat. Interim grex destitutus, huc & illuc dispergitur, variisque perit modis. Verum simul atque omnes audierint me, vocem veri pastoris agnoscunt, & ex omni terrarum

terrarum plaga conuenient. Itaq; fiet omnium idem Et fiet ouile: nec erit pastor, nisi vnus. Extra hoc ouile qui vnū ouis fuerit, saluus esse non poterit. Hunc pastorem qui nō le. agnouerit, in exitium ibit. Atq; id ne mea culpa fiat vsq; ad vitæ iacturam ago bonum pastorem. Patri ni hil perit, etiamsi pereant omnia condita: nullius enim Propt̄ ea me eget, sed ob gratuitam charitatem erga genus huma diligit num misit filium suum in mundū, vt omnibus si fie- pater. ri possit, salutem æternam cōferat. Quoniā autē eodē animo sūm quo pater, ideo me diligit vnice, veluti filium, nō mercenariū: quia mea sponte pro salute gregis paterni vitam impendo meam: tantum abest, vt ex gregis malo mihi cōmodū vener. Sūma charitas est apud homines, si quis ingruente periculo se non subducat. Ego plus præsto, qui me volens & vltro in mortem dedā. Sunt qui insidient vitæ meæ, horū malicia nihil in me posset, nisi mihi decretū esset p salute meorū vltro mortem oppetere. Habent isti quidē volūtatē homicidii, non occiderent tamen nisi volentē. Igitur illi non auferent mihi vitam, sed ego volens vitā impendam ouibus meis, mea morte vitam illis redempturus æternā. Ne credite me sponte trade re meipsum in mortē, nisi vitam sponte depositam, mea virtute quū voluero, resumpsero. In hoc igitur Nemo laus est veri pastoris, qđ vltro pro salute gregis mor tollit eā ti semet obicit, quum in manu sit illi mortē offuge à me.

q 3 re si

re si velit, Nulla vis est hominū, quæ mihi nolenti vitam auferret, sed ipse volens eam impendo salutem gregis. Alii moriuntur, quum nolint, & mortui non reuiuiscunt. Et si quisque sibi manus adferre potest, ut scelerata morte pereat, non potest tamen vitam semel elapsam in corpus reuocare. Ego utriusque rei potestatem habeo, & animam hanc emittendi e corpore, & eandem in hoc ipsum corpus reuocandi. Hoc si vobis videtur incredibile, ut volens quispiam alienam vitam sua morte redimat: sic visum est patri meo, qui me misit in mundum, ut hac ratione procurem negociū humane salutis. Eius iussis volens & gaudens obtēpero, qui cum mihi voluntas est eadem, quicque mihi potestatem hanc impartit, ut quod volo, possim. Hæc quum proloquutus esset Iesus, noua, inaudita, ac longe supra vulgarem hominum sensum, rursus in populo variatum est sententiis. Nam plerique dicebant, quod iam & ante non semel dixerant, si quando prodebat illorum secreta cōsilia, aut si quid humanis viribus maius diceret faceretue, demoniacus est, & insanit. Carēt enim sensu cōmuni, quæ loquitur, Quid istū iuuat audire? Rursus alii dicebāt: Hæc verba non sunt obnoxii malo demoni. Sapiunt enim virtutē diuinā, præsertim quum dictis astipulētur facta: Qualis est oratio, talia sunt facta. Loquitur excedentia sensum humanum, sed idem facit excedentia virtutem humanam. Num infantis & ma-

lo demoni

Dissen
sio iter
facta ē.

lo demoni obnoxius, potest aperire cæcorum oculos? Exoculare videntem, dæmonum est: sed oculos aperire cæco nato, virtutis est diuinę. Id quum constet ab hoc esse factum, non potest eius oratio proficisci à noxio dæmone, cuius facta constat à benefico deo proficisci, Ad hanc controuersiam nihil respondit dominus Iesus: nos interim docens, non esse semper contendendum cum improbis, & factis potius declarandum quid possimus quàm verbis: & nonnunquam malorum furori cedendum est, nec vnquam oportet Euangelicę mansuetudinis obliuisci. Post hæc festus dies præbebat nouam congregandi materiam. Aderat enim dies festus, quem en- Facta cænia vocant, ob templum post Persicum exilium fuit aut Hierosolymis instauratum, ac renouatum. Nec huic ecænia festo deerat Iesus, innouator legis, ac noui templi, quod est ecclesia, architectus. Erat autem hyems, videlicet tempus illorum animo conueniens, qui frigidæ legis studio non arderent Euangelica charitate. Iesus igitur iam non in intimis templi versabatur, sed inambulabat in porticu, quę templo adhærebat, cui cognomen erat Solomonis, vt locus ipse loqueretur adesse pacificum illum, omnia conciliaturum quæ in coelis, & quę in terris. Inambulabat autem Euangelicę legis autor, Mosaica iam cesatura. Hic igitur inambulantem, ne posset elabi cin-

xerunt Iudæi, multis illius dictis ac factis irritati: nec satis inter se concordēs: quibusdam maliciose calumniantibus omnia, quibusdam ex ipsis factis ac dictis suspicientibus omnia, quibusdā humana virtute sublimius. Adorti sunt autē illum his verbis: Quousq; dictis ambiguis suspensos detines animos nostros, & hac ambiguitate populi seditionem concitas? Si tu es ille Messias, quem expectamus, dic nobis palam. Iesus autem tametsi non ignoraret illos animo peruerso percontari, quod & sæpius audierant, & ex factis ipsis deprehendere poterant, tamen mansuete respondet, magis erudire cupiens, quā irritare. Quid opus, inquit, fuerit, me de meipso qui sim toties profiteri: præsertim quum si profitear, arrogantiam interpretemini veri testimonium? Si mihi fidem habereis, iam dixi qui sim: si verbis meis non creditis, tamen non potestis ignorare, quod ex me scire cupitis. Nullum est certius argumentum, quā ex factis. Videtis opera mea, quæ vobis testibus facio ex voluntate patris mei, non dæmonii, quemadmodū quidam calumniantur. Hæc si videntur digna deo, credite me missum ab eo. Sed vos nec factis, nec dictis meis creditis: cuius rei non sum ego causa, sed vester animus insyncer⁹, minimeq; simplex. Qui simplici sunt animo, nullaq; mundi huius malicia vitiatō, credunt verbis meis, ac velut oves agnoscunt boni pastoris vocem:

vocem;

vocem: atq; ego vicissim illas, licet humiles iuxta mū-
dum pro meis agnosco. Vos autem ideo non agno-
scitis vocem meam, quia non estis de numero ouium
meorum, quarum simplicitas docilis est, quum vos
habeatis animos ambitione turgidos, odio fermenta-
tos, liuore corruptos, auaritia infectos, variisq; mun-
di huius cupiditatibus vitiatos: quibus malis si repur-
garetis animos vestros, nimirum audiretis & ipsi vo-
cem meam, nec id gratuito faceretis. Primum enim
vitaretis exitium, quod imminet omnibus rebellan-
tibus aduersus dei filium, deinde vitam æternam cō-
sequeremini. Siquidem oues illæ mæ quamlibet iux-
ta mundi iudicium simplices & idiotæ, in exitium
abeuntibus his, qui magni felicesq; habentur in mū-
do, dum me pastorem agnoscunt, dumq; me ducem
sequuntur, ex mea munificentia, vitam consequuntur
æternam. Oues sunt simplices, innoxia, imbelles, om-
nibus huius mundi præfidiis destitutæ. In has mun-
dus omnibus suis machinis ac viribus insurget. Sed
nulla futura est tanta satanæ potestas, vt eas rapiat
manibus meis. Mundus habet pharisæorum autori-
tatem, sacerdotum dignitatem, habet reges armatos,
præfectos, iudices, tribunalia, carceres, catenas, virgas
secures, aculeos, exilia, mortes, & quicquid terrorem
constantibus etiam animis solet immittere. Habet ex
aduerso opes, voluptates, honores, dignitates, & quic-
quid

Et non
rapiet
eas quis
q̄ dei.

quid animos quālibet incorruptos solet corrumpere. His omnibus machinis vtitur mūdus, vt extorqueat oues meas de manibus meis: sed me protegente nemo poterit eas mihi subducere. Quicquid mundus molietur, cedit in bonum ouium, & in gloriā patris mei. Non rebellabimus armis, non venenis, non regeremus conuitia, sed absq; præfidiis huiusmodi nouo genere vincemus tamē. Vnicum illud præsidium, quod mihi ad tuendas oues meas dedit pater, maius ac potentius est omnibus, quibus mundus coorietur in me meosque. Nec me destituet pater, nec ego meas oues deseram. Quod est in manibus meis, idem est in manibus patris mei, Quoniam autē nulla potestas mundi tanta est, quę possit quicquam ex illius manibus extorquere, qui nutu potest omnia: nec de meis manibus vlla res auellere poterit, quod ille seruandum tradidit. Inter patrem & me, sicut est absolutum potestatis confortium, ita summus est voluntatis consensus.

~~Præfidiū autē illius patris potestatis est idem~~

~~est idem~~ His dictis irritati Iudæi, nō ferētes quod toties haberet in ore patrē suū, cuius præsidio tanta polliceretur, sustulerunt rursus lapides, vt lapidarent Iesum. Nemo tamen impetiit illū, quod nondū venisset tempus, quo decreuerat extrema pati pro salute generis humani, sed placidis verbis illorum furorem corrigere tentat. In publicos maleficos, inquit, populi
manus

manus lapidibus ad ultionem solent armari. Ego tantum beneficiorum contuli in vos ex benignitate patris mei: docui errantes: consolatus sum afflictos: pauperes famelicos: mancos restitui, leprosos mundavi: aegrotos sanavi: dæmoniacos liberaui: paralyticos, & cōtractos erexi: febres depuli: omne morborū ac malorū genus profligavi: mortuos in vitā reuocaui: totāq; mea potestas & autoritas, quam mihi tradidit pater, iuuandis vobis impensa est, & impensa est gratis. In his omnibus, quod nam est illud, quod vos dignum arbitramini lapidatione? Si lapidatur beneficus, quid fiet scelerosis & maleficis? Iudæi tandem huc prouocati, vt vel crimen proferrent, vel amentiam suam agnoscerent, ne nihil pætexerent suæ vefaniæ: Non, inquiunt, ob benefacta solemus quenquam lapidare, sed te lapidatione dignum existimamus ob omnium immanissimum scelus blasphemiam: atq; hac in re legis auctoritatem sequimur, quæ iussit huiusmodi saxi obrui. Quis enim diutius ferat, quod tu quum sis homo, facis te ipsum deum, subinde patrem tuum deum habens in ore, quasi nos omnes filii dei non simus, tuq; noua quadam ac peculiari ratione sis dei filius, vt tibi cum patre sit rerum omnium consortium? An non hoc est diuinitatem quandam arrogare? Cæterum cum vnus sit deus, quisquis hominum diuinæ potestatis consortium sibi arrogat, erga dei maiestatem

statem iniurius est, ac rebellis. Ad hoc crimen intentatum, ea temperatura respōdit dominus Iesus, vt blasphemiae culpam procul abs se depelleret: deinde vt illorū insaniam, verbis atrocioribus nō amplius irritaret, & tamen sibi summa cum modestia vindicaret, quod negare non debuit, quia nobis non ignotum esse voluit: Vos, inquit, mihi blasphemiae crimen impingitis, quod deum patrem meum appellem. Nōne scriptum est maius quiddā in lege vestra, nimirum in psalmis: Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes: Si deus ipse dignitatē sui nominis impartit iis, ad quos sermo dei factus est, non solum illos filios dei appellans, sed deos, non læsa tamen vnius dei maiestate, nec falsum esse potest, quod in diuinis literis proditum est, quomodo mihi blasphemiae crimen intenditis, quod me quem pater vnice sanctificauit, ac misit in mundum, vt per filium omnes sanctitatem assequerentur, dixerim filium dei? Si dei colloquium cum hominibus, ex hominibus facit deos ac filios dei, non ferendum videtur, si me dixero filium dei, qui sum ipse sermo dei, quiq; apud illum fui, antequam venirem in mundum, qui cum illo rerum omnium habeo consortium? Modestum est quod verbis arrogo, nimirum quod & in alios plurimos cōpetit ex autoritate scripturæ. Cæterum ex ipsis factis magis cōuenit estimare, quid tituli mihi debeatur.

Si

Et non
pōt sol
ui scri/
ptura.

Si quæ facio, non videntur esse homine maiora, si nō diuinę virtutis specimen habent: nolite credere, quod sim filius dei, quod mihi cum illo per omnia conueniat. Quod si videtis deum patrem in me proferentē virtutem suam, si dictis meis fidem habere nō vultis, certe factis ipsis quæ videtis oculis, credite, & arrogās habear, nisi longe plus factis præsto, quàm mihi verbis sumo. Ea si synceris animis perpenderitis, fiet, vt verbis quoq; meis fidem habeatis, non amplius dubitaturi, quin pater in me sit, & ego in patre: quod vterq; alteri indiuidua societate cohercat, dum ille per me, quicquid vult operatur, & ego ab illius exemplo iusq; nusquam recedo: vt qui mihi credit, illi credat: qui mihi repugnat, illi repugnet. His auditis, Iudæi sermonibus, vnde corrigi debuerant, irritatiores effecti, conati sunt illi manus iniicere, perfecturi, quod iā sæpius frustra tentarant. Sed Iesus, vt ostenderet multis modis se volentem passurum, vbi tempus adesset, elapsus est è manibus illorum. Iesus igitur cum satis illic docuisset, cessit ad tempus malorum immedicabili vesanię: ac rursus transmissio Iordane, rediit ad eū locum, vbi Ioānes primum cœperat baptizare. Nam quemadmodum diximus, post mutato loco, baptizauit apud aquas Sichem. Hic igitur commoratus est Iesus in deserto, velut perosus ciuitatum impietatem. Huc quoq; multi confluxerunt ad illum è finitimis locis,

locis, quorum animos fama Iesu, sermones auditi, & miracula conspecta accenderant. Atque hos quidem protinus ipse locus commouit, ut Iesum, qui iam sui specimen dederat cum Ioanne, quem prius nouerant, conferrent. Quumque meminissent Ioannem fuisse in summa autoritate, nec aliud tamen quam praedicasse baptismum poenitentiae, & nullis aeditis miraculis, tantam opinionem sibi conciliasse apud multitudinem, ut Christus esse crederetur: contra Iesum, tot proditis miraculis declarasse potentiam humanis maiorem viribus, toties prudentibus & efficacibus responsis os obturasse scribis & pharisaeis: postremo Ioannem ipsum toties tam magnifice testificatum fuisse de Iesu, palam confitens quod ipse non esset dignus, qui calciamenti illius corrigiam solueret, dicebant inter sese: Ioanni cum nullum aediderit miraculum, fides a Iudaeis habita est. Huic igitur multo magis fides habenda est, qui tot prodigiis admirandis fidem suis dictis conciliat. Et si parum ante hac creditum esset Ioannis de hoc testimonio, tamen nunc res ipsa declarat, verum fuisse testimonium illius, quum plura praestet, quam ille de eo sit pollicitus. Itaque partim ob testimonium Ioannis, cui non leuis erat apud Iudaeos autoritas: partim ob sermones diuinae sapientiae plenos: partim ob facta diuinam virtutem testantia, multi crediderunt Iesum esse Messiam, pharisaeis,

sæis, scribis, & sacerdotibus in sua malitia persisten-
tibus.

CAP. XI.

AC mox offertur occasio per quam maxime redderetur illustris Christi patrisq; gloria, simul & ad homicidium irritaretur pharisæorum malicia. Siquidem dum apud iordanem commoratur Iesus, accidit, vt in oppidulo Bethania, morbo decumberet quidam nomine Lazarus. Hæc erat patria simul & eius qui morbo tenebatur, & duarum sororum Mariæ & Marthæ. Porro Maria erat illa, quæ insigni amoris erga Iesum testimonio, vnixerat caput illius in conuiuio accumbentis precioso vnguento, ac pedes lachrymis irrigatos, capillis exterferat. Vnde cum hac familia singularis quædã amicitia intercedebat domino Iesu. Proinde quû Lazarus graui morbo periclitaretur, sorores fretæ familiaritate quæ fuerat ipsis cum Iesu, mittunt ad illum, qui nuncient amici morbum, non dubitantes, quin pro sua mirifica in omnes humanitate, amico periclitanti succurreret. Ecce, inquit, ille quem amas, ægrotat. Satis enim putabant nūciasse amanti, proinde nihil apprecantur. Quibus respondit Iesus: Morbus iste nō est capitalis, sed ideo pmissus est accidere, vt per eius occasionem illustretur gloria dei, & huius virtute depulso malo, mutua gloria glorificetur filius dei. Amabat autem Iesus Martham ac Mariã, harumq; fratrem Lazarum,

Lazarum, & tamen hunc Iesus passus est in morbu, atq; etiam in mortem incidere, ne nobis indignum videretur, si quando boni veręq; pietatis cultores, huius mundi calamitatibus affliguntur, deo veluti dissimulante: vel quia sic expedit ipsis qui patiuntur, vel quia sic conducit ad illustrandam dei gloriam, non quod deus humanis malis procuret suam gloriã, sed quod mala quę nobis iuxta conditionis humanę legem, casuue obveniunt, vel in nostram salutem, vel in suam gloriam hominum causa vertere soleat. Non ignorabat morbum amici sui, etiam prius quã nũciaretur, sed ad miraculi futuri magnitudinem discipulorum animos expediebat præparari. Post quã igitur renunciatum est Iesu de morbo amici, non statim profectus est, sed eodem in loco biduum adhuc est commoratus, haud quidem negligens amici periculum, sed expectans copiosus argumentum ædendi miraculi, quo simul ipse paulo post moriturus, discipulorum adhuc imbecillium animos ad spem resurrectionis erigeret. Discipulis autem metu tacentibus, quod nuper elapsus e manibus Iudæorum, in deserto tutior esse videretur, Iesus ait illis: Eamus rursus in Iudæam. Audito nomine Iudææ, discipuli memores, q̃ esset atrox pharisæorum in illum odium, & quoties sustulissent in illum lapides, quoties conati fuissent illi manus iniicere, non solum domino metunt, ver

runt

rum etiam sibi . Nondum enim acceperant spiritum sanctum, & Iesum humano quodam affectu prosequerantur, ipsi quoque ob imbecillitatem à morte abhorrentes. Dehortantes igitur à repetenda Iudæa, dicunt: Domine, unum excidit tibi, quod ante paucos dies illic Iudæi te lapidaturi fuerant, nisi te subduxisses? Et rursus eò proficisceris, manifesto periculo temet obiciens? Iesus autem ænigmatè formidinem illorum consolatus est, significans nihil esse metuendum iis, qui Christo adhærent, qui lux est mundi. Nox enim habet inanes formidines. Dies nescit huiusmodi terrores. Nonne dies, inquit, habet horas duodecim? Non veniet nox ante tempus suum. Interim quisquis ambulauerit in die, non impingit: siquidē præstat hoc illi sol conspectus, ut videat, vitetque offendicula. Cæterum quisquis sublato sole, ambulat in nocte, impingit, eo quod luce careat. Ego sum lux mundi, meum ductum vos sequi par est, non præire luci. Nolite metuere ante tempus. Quandiu vobis luceo, nihil est periculi. Veniet nox, quando à me semoti conturbabimini. Hoc sermone Iesus mitigata apostolorum formidine, causam aperit professionis. Lazarus, inquit, amicus noster dormit: ab eo igitur, ut à somno illum excitem. Discipuli metu perturbati quum suspicarentur Iesum, non de morte, sed de somno vulgari loqui, respondent: Domine,

r si dor

si dormit, non est quur eò te conferas, nam in ægro-
tis somnus esse solet redituræ sanitatis argumentum.
Abhorrebant discipuli à repetenda Iudæa, & idcirco
professionis causas, quantum possunt, refecant. Iesus
autem paulatim præparabat animos suorum, ad mira-
culi futuri contemplationē. Nam primū ideo dormiē-
tem quam mortuū maluerat dicere, vt iuxta sacre scri-
pturę consuetudinem ostenderet spem resurrectionis.
Dormiunt enim verius, quàm mortui sunt, qui reui-
cturi quiescunt. Neq; nostrum cuiquam tam facile est
excitare dormientem quam facile erat domino ad vi-
tam reuocare mortuū. Ita q; discipulis non intelligen-
tibus, quod de somno & expergefaciendo dixit, vt co-
gnoscerent nihil rerum occultarum ipsum latere, aper-
tius ait: Lazarus mortuus est, nec addidit quod iam
dictu magnificentius erat de excitando. Nam id signi-
ficatum esse maluit, quàm explicatum, & præstare ma-
luit, quàm promittere, vbique nobis parans exem-
plum modestiæ. Quoniam autem responderat iis,
qui morbum amici annunciarant, non esse letalem,
sed in hoc accidisse, vt per eum illustraretur gloria
dei ac filii ipsius, simile quiddam indicat discipulis.
Gaudeo inquit, quod illic non adfuerim dum ami-
cus ægrotat ac moritur, idque vestra causa, vt ve-
stra fiducia, quam adhuc imbecillem video, confir-
metur euidentiore miraculo. Etenim si me præsentem
cōua

conualuisset ægrotus, poterat casus videri, si recens defunctum, interpellentibus sororibus, excitassem; Pharisei qui nihil non calumniantur, causari poterant, stuporem fuisse, non mortem. Nam id accidit aliquoties in morbis nonnullis, vt corpora multis horis consopita reuiuiscant. Nunc cum mors sit certa, copiosius erit argumentum credulitatis. Eamus igitur ad illum. Non placebat discipulis profectio, propter metum Iudæorum, qui penitus inhærebat animis illorum, & tamen itineris causam piam & grauem refellere non poterant. Quanquam autem Iesus non ignarus, quid perturbaret animos discipulorum, metum etiam illorum hoc argumento lenierat, quod diceret se Bethaniam ire non Hierosolymanam: tamen imbecilles terrebat etiam loci formidati vicinia. Sollicitis igitur ac inuestis discipulis, nec audentibus tamen detrectare domini iussum, Thomas, qui Græcis dicitur dydimus, Latine geminus, cæteris imbecillior, ait ad condiscipulos. Eamus & nos, si ita certum est, vt moriamur cum illo, quandoquidem hæc illi sedet sententia, sese suosque in manifestum vitæ periculum adducere, cum liceat vtrorumque incolumitati consulere. Profectus est igitur cum discipulis suis Iesus in Bethaniam, ac repperit Lazarum quatruiduo iam sepultum. Aberat autem Bethania ab Hierosolymsiis stadiis plus minus quindecim.

IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

cim'. Atque hinc discipulis illa formido, atque hinc
 etiam occasio, quæ fecit, ut miraculum plures habe
 ret testes ac spectatores, Siquidem ob loci viciniam
 complures eo confluerant ex Hierosolymis, nimi
 rum officii gratia, ut Mariam & Martham consola
 rentur de fratris decessu. Quod officii genus diuiti
 bus etiam honoris gratia præstari consuevit. Mar
 tha quæ sedulitate quadam obambulabat, ubi rescis
 set ex quopiam aduentare Iesum, prodiit obviam il
 li. Maria domi se continebat. Martha igitur ubi ve
 nisset in conspectum Iesu nonnulla bona spe de fra
 tre ad vitam reuocando concepta, flebili voce, dicit
 illi: Domine, nisi hinc abfuisses frater meus non es
 set mortuus, nam facile morbum dicto depulisses.
 Quanquam ne nunc quidem res est omnino extra
 spem. Scio enim quod quicquid à deo poposceris,
 nihil tibi sit negaturus, etiamsi mortuo sepultoq; vi
 tam poposceris. Hæc à Martha dicta sunt, nec de
 sperante, nec prorsus tamen fidenti animo. Iesus igit
 tur ut illius fiduciam confirmaret, ait: Bono ani
 mo esto, reuiuiscet frater tuus. Nec hæc promissio
 fati erat animo Marthæ, quæ quod misere speraret
 fratrem reuicturum, non potuit non timere. Vere
 batur autem, ne quemadmodum nunciis respondens
 morbum non esse capitalem, ambiguo responso fe
 fellerat, ita nunc quoq; lateret aliquid in illius dictis,
 qd

quod spem ipsius eluderet: Scio, inquit, quod reuicturus sit frater meus, sed in nouissimo die, cum resurgemus omnes. Nam hanc resurrectionem futuram credebant plerique Iudaei, praesertim qui factionis erant pharisaicae. Iesus igitur quo mulieris fiduciam & opinionem paulatim ad maiora prouehat, seque declarat eum esse, qui non solum a deo possit precibus impetrare vitam mortuo, quod & ab aliis sanctis uiris factum legebatur, sed ipsum esse fontem simul & autorem omnibus, vitae, & datae, & reddendae, nec ullam mortem metuendam iis, qui fiduciam & spem in ipso collocassent, propterea, quod etiamsi mors accideret, nihil posset laedere fonti omnis vitae adhaerentem. Marthae respondit hunc in modum: Credis Martha, quod precibus meis impetrare possim a patre meo vitam mortuo fratri tuo: credis quod frater tuus reuicturus sit, cum caeteris in nouissimo die. Verum hoc quoque debes credere, qui resurgent in nouissimo die, per me reuicturos: nec quenquam omnino uiuere, nisi dono meo, neque quenquam reuiuiscere, nisi per me, non solum iuxta mortem corporis, quae non magnopere formidanda est, sed iuxta mortem animae, quae maxime metuenda est. Et anima quae uiuit, per me uiuit, & quae reuiuiscit, per me reuiuiscit. Ego enim sum ipse resurrectionis & vitae fons. Qui

13 mihi

mihi per fidem adhæserit, etiam si corpore fuerit mortuus, tamen viuet. Nec hoc de fratre tuo tantum dictum accipe, sed quisquis omnino mortalium fiduciam habuerit in me, non morietur in æternum, etiã si corpus ad tempus exanime conquiescat. Martha, credis ne quod dico? Martha iam tota intenta fratri reuicturo, non admodum apte respondit ad sermonem Iesu, sed tamen in genere professa est, quã magnifice de illo sentiret: Credo inquit, domine. Ego credo te esse Messiam illum filium dei viui, qui promissus à prophetis ac multis iam seculis expectatus veneris in mundum. His dictis, Martha iussa redire domum, ac Mariam sororem accersere, iam luctu sedato, iam alacris ac plena bonæ spei, relicto Iesu, domum properat, ac sororem è turba circumfidentium clam seuocat, eiq; clanculum rem lætam infusurrat in aurem: Magister, inquiens, adest, & accersit te. Illa simul atq; cognouit aduenire Iesum, & sororem videret alacriorem, concepit & ipsa nonnihil bonæ spei, tametsi iam sero videretur venire Iesus, quem ideo non interpellarant per nuncium sæpius, quod satis esse iudicarent, si periculum amici nossent, cætera illius arbitrio permittentes. Maria itaq; non temere esserata, quod adueniret, absq; mora surrexit, occursum, priusquam ingrederetur domum. Sic enim expediebat ad miraculi prodendi dispensationem. Expediebat

diebat

diebat enim adesse multos pharisæos, qui quanquā officii gratia visissent Mariam ob priuatam amicitiam, tamen oderant Iesum. Hi videlicet non comitati fuissent Mariam, si cognouissent illam obuiam ire Iesu. Itaq; Iudæi qui Mariæ aderant in ædibus consolantes eam, quum vidissent quod tanta cum celeritate surrexisset, & exiret domum, comitati sunt illam euntem, suspicantes quod erumpente vi doloris, iret ad monumentum, atq; ibi lachrymis fatiaret animi mœrorem. Maria itaque progressa reperit Iesum, nondum ingressum oppidi mœnia, sed eo in loco commorantem, vbi dudum occurrerat illi Martha. Illic enim Mariam quam accersi iusserat operiebatur, locum deligens ædendo miraculo idoneum, quod illinc haud procul abesset monumentum sicuti tum mos erat, iuxta vias publicas defunctorum monumenta ponere. Huc vbi venisset Maria, simul atq; Iesum conspicata est, vt erat luctus plena, accidens ad pedes Iesu, lachrymabili voce dixit idem quod dixerat soror: Domine, si in tempore hic adfuisses, frater meus nō fuisset mortuus, & hoc miserabili luctu carerem. Iesus autē vidēs Mariā totā in luctu esse, Iudæos itē qui illā comitabātur vnā stētes, non philosophat̄ cū ea, quēadmodū fecerat cū sorore Martha, cui semota turba, fuerat colloquit̄, neq; quicquā pollicetur, quū iā loc⁹ ac tēpus adesset re præstādi quē,

erat Marthæ pollicitus, primum infremuit spiritu, ac semetipsum turbavit, videlicet humanæ naturæ veritatem præ se ferens, mox diuinæ virtutis indicium prolaturus. Non erant affectus fucati, quod animo inhorruit, quod turbatus est, sed hoc intererat, quod hos affectus in sese recepit non ex infirmitate naturæ, sed ex rationis arbitrio: nec eadē erat cæterorum flentium, ac Iesu turbati ratio. Illi humano quodā affectu mortem corporis deplorabant, Iesus magis indignabatur peccatis hominum, per quæ tam multæ perirent animæ: turbabatur ob inuincibilem Iudæorū incredulitatem, qui corporis mortem flebant in amico, cum ipsi secundum animam æternæ morti essent obnoxii, nec deplorarēt seipfos. Ab hac morte cupiebat Iesus omnes homines reuiuiscere, & indignabatur in multis perituram doctrinā, miracula, & mortē suam. Postquā igitur horrore spiritus & animi turbatione, vultu, oculis, totoque corporis habitu manifestū specimē dedisset hūane naturæ, simul interim docens, nō oportere huiusmodi affectibus succumbere, aut ab his quæ virtutis sunt auocari, cohibita animi turbatione, dixit: Vbi posuistis eum? non quod ignoraret, sed vt à miraculo secluderet omnem suspicionē fuci. Respondent cognati: Domine veni & vide. Ea vox arguebat monumentum non procul abesse, iamque velut ad sepulchrum commonstratum renouato dolore lachrymatus

tus

tus est Iesus. Frenit⁹ ac turbatio præcesserat, iudiciū doloris in animum irrumpentis. Lachrymæ iam animi vulnerati victi⁹q; veluti sanguis est. Sed hæ lachrymæ non ab animo victo proficiscuntur. Non enim Lazaro mortuo impendebantur, sed nobis, vt illum crederemus verum hominem fuisse, simulq; disceremus, quàm miseranda, quàm deploranda sit mors animæ, quam tamen homines perinde nec horrent, nec deplorant. Iudæi vero credentes Iesum non ob aliud sic affici, quàm ob mortem amici, qui cum habuerat consuetudinem. Ecce, inquit, quàm vnice dilexit Lazarum, quem sic flet mortuum, quum illi tamen sanguine iunctus non sit. Erant autem qui hoc quoq; verterent in calumniã, quod lachrymis testaretur amorem non vulgarem erga Lazarum, dicentes. Nonne hic nuper aperuit oculos cæci mendici, qui cum nihil erat illi familiaritatis? Quur igitur non effecit, ne tantus amicus moreretur? Si noluit, cur nũc lachrymis testatur intempestiuum amorem? Si non potuit id quod facilius est, quomodo præstitit id quod est difficilius? Aegrotum sepe numero medicus in vita retinet. Cæco nato nullus vnq; aperuit oculos. Iesus autem iam vicinus monumento, quo planè doceret horrendum esse statum hominis, iam in peccatis inueterati, quantaque pœnitidine, quot lachrymis sit opus vt per dei misericordiam resipiscat ad vitam innocentiam,

tiæ, rursus infremuit, ac semetipsum turbavit, in se ut
delicet exprimens imaginem rei, quam in nobis o-
portet exhibere, si velimus á quibus diu assueuimus,
resipiscere. Iam itaq; ventum est ad monumentum.
Erat autem spelunca, cuius os saxo imposito erat oc-
clusum, & hoc ad miraculi fidem, ac præstigiï suspi-
tionem excludendam faciebat, Quæ quo certior etiã
redderetur, si res non ipsius aut discipulorum, sed co-
gnatorum manibus perageretur, in quos non cade-
bat vlla præstigiï suspicio, Iesus ad cognatos con-
uersus: Tollite, inquit, lapidem. Augebat miraculi
certitudinem, & Marthæ sororis defuncti simplicitas.
Iam enim oblita, quid illi pollicitus esset Iesus, ex la-
chrymis ac mœrore Iesus redierat in pristinum affe-
ctum, ac penè diffidentiam quandam imbiberat. Ve-
rebatur autem, ne sublato lapide, fœtor cadaueris of-
fenderet nares circumstantium, non animaduertens,
quod qui in resurrectione suscitaturus sit oim corpo-
ra, iam tot seculis in cinerem redacta, posset & recens
putrefactum cadauer excitare: Domine, inquit, iam
fœtet. Hic enim est quartus dies, quod mortuus est.
Iesus ergo mulieris vacillantis fidem obiurgatiuncu-
la suscitatur: An excidit, inquiens, quod tibi modo di-
xi: Si credideris futurum, ut per fratris tui mortem
illustraretur gloria dei? Cunctis igitur ad nouæ rei
miraculum suspensis, iussu domini Iesu submotus est
lapis.

lapis. Moxq̄ suspensis omnium animis atq̄ oculis, dominus Iesus suspiciens in cœlum, vt nos doceret, quicquid magnificum geritur à nobis, ad deum autorem oportere referri, simulq̄ declararet circumstantibus, se diuina virtute facere, quicquid faceret, dixit: Pater, ago tibi gratias quod audieris votum meum: non quod hoc mihi nouum sit, aut temporariũ. Noui enim q̄ quum eadem sit voluntas tua mea q̄ nunquam non audis, si quid abs te peto. Nec enim ego quicquam volo, quod tu nolis, sed ob turbam circumstantem, hac vtor oratione, vt conspecto miraculo credant me ex tua voluntate facere, quicquid in terris facio, quodq̄ sum abs te missus in mundum, vt illustrem apud homines gloriam tui nominis. Hæc eloquutus patri, magna voce nominatim inclamans, mortuum euocat: Lazare, prodi foras. Poterat & solo nutu perficere, vt reuixisset ac prodisset sepultus, sed magna vox magnæ virtutis indicium est, qua peccatrix anima, quæ procul abest à conspectu dei, sepulta in tenebris criminũ, & putrefacta flagitiorũ inquinamentis, reuiuifcat, & in lucem veritatis prodeat. Nec mora, statim ad vocem inclamantis prodiit sub omnium oculos, qui fuerat mortuus ac sepultus. Prodiit autem corpore quidem sano, sed cum toto ornatu sepulchrali, quo magis agnoscerent omnes, hunc ipsum esse, quem ante triduum ipsi tali cultu sepelierant,

Erant

Erant enim iuxta funerum consuetudinem pedes illi vincti institis, & manus sepulchralibus vinculis colligatae. Tum facies erat obuincta sudario. Iam hoc ipsum mirum, non paulatim palpitasse defunctum, & vitae redeuntis præbuisse specimen quemadmodum ferè solet accidere in aliis, quos à sanctis viris excitatos legimus: sed subito ad vocis iussum reuixit quadriduo mortuus, & quod accessit miraculo, vinctus & obligatus repente prodit ex altissimis speluncae latebris. Tum Iesus ne quid deesset ad plenissimam miraculi fidem, ait amicis: Soluite illum, & finite abire, vt motus & alacer incessus ostenderet hominem etiam valere, non solum viuere. Poterat efficere Iesus vt vincula suapte sponte soluerentur. Sed dum omnia suo ministerio peragunt, omnibus argumentis, & fuci suspicionem excludunt, & miraculi certitudinem confirmant. Sorores per alios morbum fratris absente Iesu renunciant. Absente Iesu mortuus est, sepultus est, seruatus est vsq; ad foetorem. Solenni multorum frequentia fletur. Sorores ipse mortem renunciant: comite turba commonstratur sepulchrum: alienis manibus submouetur saxum: alienis manibus soluitur, qui prodierat. Hic nihil relictum est incredulis, quod possent causari. Nec Iesus tam insigni miraculo ædito, verbum vllum de se magnificentum proloquitur. Non exprobrat turbæ, quod frequenter

quenter miracula sua soleant calumniari, non exigit
 gratiam à Lazaro, aut sororibus. Proinde multi qui
 venerant officii gratia ad Martham ac Mariam Laza-
 ri sorores, conspecto tam insigni prodigio, credide-
 runt illum esse Messiam, adhærentes illius doctrinæ,
 cuius tam efficacem virtutem conspectauerant. Non
 nulli vero reuersi Hierosolyman referunt pharisæis,
 quæ Iesus fecisset iuxta Bethaniam. Hoc igitur faci-
 nore tam insigniter prodigioso audito, pontifices &
 pharisæi, qui pro diuinæ virtutis tam euidenti decla-
 ratione Iesum colere debuerant, & deo gratulari, in-
 uidiæ stimulis acti, iam sibi non temperant amplius,
 sed impio concilio conuocato, quo res legitimis mo-
 dis peragi videretur, consultant inter sese, qua ratio-
 ne tantis periculis possit occurrî. Quum enim pri-
 uati cōmodi respectus, & animi morbus eos in ra-
 biam ageret aduersus Iesum in omnes beneficium, ta-
 men videri volunt hoc negocium ad totius incolumi-
 tatem populi pertinere. Quid suadetis faciendum,
 inquirunt? Hic homo multa facit admiranda, & æden-
 dis miraculis quotidie seipsum vincit. Si patimur eum
 pergere quâ cœpit, futurum est, vt quemadmodum
 nunc multi è populo magnifice de illo sentiunt, ita
 mox omnes sint illum habituri pro Messia. Quod
 si factum fuerit, & huius rei rumor ad Romanos per-
 uenerit, Iudaicam gentem deserto Cæsare desciuisse
 ad

ad nouum regem suum , qui non ignorant ab ipsis iam olim expectari regem quendam suæ gentis liberatorem, sæuent armis in nos , & simul locum hunc sanctum prophanæ gentes occupabunt, & totum Iudaicum genus internitione delebunt . Hæc consultatio quum eò tenderet, vt prætextu publicæ salutis occideretur omnis salutis autor Iesus Christus , tamen Caiphæ visa est segnior ac dilutior . Is erat pontifex illius anni . Iam enim ea dignitas veluti mox in totum desitura , perpetua esse destiterat : sed in singulos annos à principibus redimebatur venale sacerdotiū . Is igitur qui religionis antistitem profitebatur , cæteris omnibus magis impius , increpat illorum ignauiam , qui lentis consiliis adhuc deliberabant , an Iesus esset occidendus , quum id omnibus rebus omnis quam primum esset agendum . Vos , inquit , qui sedetis consultantes , an occidendus sit iste , qui talia facit , nequaquam videmini rem vt habet perpendere : nec cogitatis hoc omnium interesse , vt hic vnus moriatur pro populo, potius quam hoc incolumi tota gens pereat . Hæc oratio non proficiscebatur ex animo pontificis, qui sceleratus erat , & parricidii plenus, sed ob sacerdotii munus quod gerebat, prophetiæ spiritus per os impii pium vaticinium prodidit: futurum vt Iesus sua morte redempturus esset salutem gentis Iudaicæ : nec hoc solum effecturus , vt qui

qui ex Iudæis credidissent, ipsi salutem consequerentur: verum etiam ut qui inter gentes erant diuersis regionibus toto terrarum orbe vitam agentes: sed in hoc destinati, ut aliquando per Euangelicam fidem fierent filii dei, congregarentur in vnum, & in communis ecclesiæ societatem coiret Indus, Aethiops, Græcus, Scythæ, Britannus. Hac igitur scelerosi pontificis voce confirmati pharisæi, quod prius per occasionem sæpe tentauerant, nunc certo animi decreto statuunt Iesum quouis pacto de medio tollere, veluti reipublicæ consulentes incolumitati: ac ne parum esset impium facinus impietatis fucō prætexunt, iam causam se nactos rati, quæ populum etiam vniuersum permouere posset, ad palam ac legitime necandum Iesum, ceu toti genti Iudaicæ perniciosum: nec opus esset vilo crimine, quod in illum intenderetur, nec vlla noua occasione. Iesus igitur quem nihil fugiebat, etiam si pharisæorum ac sacerdotum destinatam maliciam populi rumor ad eum non pertulisset, hominem agens, quàm diu versabatur in Iudæa, à publico abstinebat, ne furorē adderet furori. Sed longius subduxit sese à vicinia vrbis Hierosolymæ prophetarū interfectricis, & cōcessit in ciuitatē Ephraim, cui vicinum erat desertum, ipso facto designans Iudæis impiis suam synagogam esse relinquendā, ac nouum populum, qui nō infrugiferis operibus Mosaycæ

cæ

cæ legis, sed Euangelica fide niteretur, in ecclesiam esse colligendum: quicq; iuxta vocis Hebrææ præsa-
gium, ex minimis inuitis cresceret in immensum.
Hic igitur commoratus est Iesus cum paucis discipu-
lis suis, qui tametsi misere sibi quoq; metuerent, ta-
men nō ausi sunt deserere dominum. Iam autem ade-
rat & tempus à patre præfinitum, quo Christus pro
salute generis humani victima immolaretur. Insta-
bat enim dies ille Iudæis religiosissimus, quem illi
phase, hoc est, transitum vocant: ipso nomine, fa-
cti memoriā illis renouante, quod olim sanguis agni
postibus illiti, seruarit Hebræos à gladio angeli pe-
rimentis Aegyptios, ac eas tantum domos transeun-
tis, quæ sanguine agni notatos haberent postes. Iam
itaq; sub festum quod proxime instabat, multi è di-
uersis Palestinæ regionibus sese conferebant Hieroso-
lymam, vt illic legitimis ritibus sanctissimū diem pu-
ri celebrarent. Atq; vt intelligamus Iudaica religio-
ne, quæ rebus visibilibus constat, nihil esse magis
irreligiosum, dum magna superstitione cauent, ne
quid prætereant, quod à Mose præscriptum erat, si-
ue quod à pharisæis erat additum, in omnium sanctis-
simo die non abhorrent ab eo, quod est omnium im-
piissimum, nimirum ab effundendo sanguine homi-
nis innoxii. Quum igitur adesset frequens multitu-
do, & plerisq; iam notus esset Iesus, qui solit⁹ erat hu-
iusmo

iusmodi festis interesse : demirabātur, quod tum non adesset : & in templo stantes inter se colloquebātur, quid nam esset causæ, quod præter morem iesus abesset à tanta solēnitate. Cui tamē nō erat defuturus, sed quo veniret expectatior, distulit vsq; ad tempus suū. Porro pōtifices & pharisæi suspicantes illum alicubi latere metu, dederant negociū, atq; etiam cū autoritate mādauerant, vt si quis nosset vbi lateret Iesus, indicaret ipsis, vt posset capi. His sanctis ritibus pontifices & pharisæi religionis duces, ac legis magistri præparabant sese diei festo, sed interim insciētes salutē totius orbis procurabant.

CAP. XII.

IESVS igitur sciens illos certum consiliū cepisse de se occidendo, & iam instare tempus, quo volēs decreuerat immolari agn⁹ immaculat⁹ pro salute mūdi, noluit latere diutius, sed velut occurrens ad victimam septimo ante paschæ festū die, quo Iudæi soliti sunt splendidiorē cœna agnū paschalem ceu prælibas re, reuersus est in Bethaniā, simul vt recentis miraculi memoriā renouaret, & resurrectionis spem discipulorū animis imprimeret, quos sciebat sua morte vehementer esse perturbādos. Illic enim habitabat Lazarus, quē ante paucos dies reuocarat in vitā. Et locus ob Hierosolymā vicinā celebrior erat. Illic igitur parata est Iesu cœna. Coenantī Martha ministrabat. Lazarus autem vnus erat de numero accumbentium in

Vide
Theo-
phylas-
tum.

eo cōuiuio, quo certius esset omnibus nō fuisse phā-
 tasina, quod pridem visus esset ē sepulchro domum
 abire, quum multis iam diebus vixisset à morte,
 quumq; cum cæteris sermonem misceret, ac cibum
 etiam caperet. Ibi Maria quæ singulari quodam amo-
 re flagrabat in dominū Iesum, quū ob alia multa, tū
 ob recens in fratrem beneficiū accessit ad cōuiuū ac
 magnam vim vnguenti cum primis preciosi, quod
 ex Nardo generosiore confectū erat, ad libræ men-
 suram effundit in caput Iesu discumbentis, adeo vt
 vnguenti fragrantia totam impleret domū. Nec hoc
 erat contenta mulieris inaudita charitas, lachrymis ri-
 gauit pedes illius, & capillis suis extersit. Non quod
 crederet Iesum huiusmodi deliciis capi, cuius frugali-
 tatē nouerat: sed amor impotens suo indulgebat ani-
 mo nesciens quidem quid ageret: sed tamē hoc offi-
 cio Iesu mortē ac sepulturam prænūcians, & ecclesiæ
 typū gerēs, quæ, spretū à synagoga dominū, diuinis
 honoribus amplecteretur. Mouit huius vnguenti iactu-
 ra discipulorū animos, sed præcipue Iudæ Iscariotæ:
 cui cum vt omnium deterrimo fuissent crediti loculi, vt
 vir pessimus, rei pessime dispensator esset, solitus est
 iuxta morem eorum qui pecuniam tractant commu-
 nem, inde sibi furtim subtrahere nō nihil, non synce-
 ra mente pendens à magistro Iesu: sed iam tum sibi
 peculium prospiciens, quo viueret ab illius confor-
 temot.

tio semotus . Is igitur obmurmurans Mariæ dixit :
 Quorsum attinebat rei tam preciosæ facere iacturam ?
 Neque enim dominus capitur huiusmodi delitiis , ne
 que nostro conuiuio conuenit hæc magnificentia .
 Quod si decretum erat foeminæ largiri rem tam cha
 ram , poterat donata vendi , & precium dari paupe
 ribus . Hoc nimirum sanctius erat , ac magistro , no
 bisque dignius . Hæc quum simpliciter dicerent &
 apostoli cæteri , tamen Iudæ quum similis esset ora
 tio , longe dissimilis tamen mens erat . Nihil enim il
 li curæ erat pauperum negocium , sed loculos habe
 bat : & id quod spontanea benignitas amicorum mi
 sisset , mala fide seruabat , atque hinc non nihil suffura
 batur , iam tum specimen de se præbens , quàm non
 sit idoneus Euangelicæ doctrinæ dispensationi , cuius
 animum obsidet pecuniæ cupiditas . Iesus autem ita
 compescuit murmur discipulorū , vt tamen iudæ ma
 liciam non proderet : & sic patrocিনatus est Mariæ ,
 vt significaret se suapte sponte moriturum . Id enim
 maxime persuasum esse voluit omnibus dominus Ie
 sus , se non ex humana violentia , sed suo ipsius con
 silio mortē pro salute hominū obisse , quū voluit , &
 quādo voluit . Nolite , inquit , huius mulieris officio
 obmurmurare . Nō perit hæc impensa , sed sepulturæ
 meæ tribuit hoc honoris , quē ista nūc præuenit : quo
 niā tum nō erit vngendi facultas . Bene sentitis de me ,

quod viuis huiusmodi delicias semper respuit, mortē tamen meam ac sepulturam honorificam esse volo . Nolite hoc honoris inuidere mihi, quod mox abitu ro impenditur . Vulgarium istorum pauperū semper erit vobis parata copia, quorum inopiæ possitis subuenire, mei breuis erit copia. Quoniam autem Bethania propter viciniam ab Hierosolymitis frequētabatur, & Lazarus ob nobilitatem ac diuitias multis cognitus, propter recentis miraculi famā multis erat notior, non latuit Iesum esse in Bethania : moxq; complures ex vrbe eō cōstuebant, partim vt Iesum viderent, cuius fama maiorem in modū auxerat tam insignē miraculum : partim vt ipsum etiam Lazarum cōspicerent, quem audierant excitatū ē mortuis. Suadebat hoc insita mortaliū ingeniis curiositas. Porro sacerdotum ac pharisæorū animos sic excæcauerat liuor & odium in Iesum, vt tam illorum maliciæ nō satis esset occidere Iesum, sed de Lazaro quoq; tollēdo cogitarent, in quem ne speciem quidē vllam criminis intentare poterant. Cæcum quia fortiter patrociniatus fuerat apud ipsos gloriæ Iesu, elecerant ē synagoga, nūc eō maliciæ creuerat illorum inuidia, vt Lazarū virum nobilē ac potētem, à quo nullo facto, dicto ue fuerant vnquā prouocati : & in quē ne fingere quidem quicquā poterāt, vcluerint occidere, nō ob aliud, nisi qđ multi iudæi cōmoti tam euidentī miraculo desciscerent

rent

rent à conſpiratione phariſæorum, & crederent Ieſu. Poſtero vero die quum ingēs hominum turba, quæ feſti diei gratia Hieroſolymā conuenerat, reſciſſet Ieſum relicta Bethania aduenire Hieroſolymā, honoris gratia obuiam illi prodierūt decifis ab arboribus palmarū ramis, quibus incedenti viam inſternerent. Nā hæc arbor victorū erat corona ac triumphalis, perpetuo virens, procera, & aſcenſu difficilis, ſed fructu ſuauiſſimo, genuina quadam naturæ vi inſurgens aduerſus onus impoſitū. Acclamatū eſt autē quemadmodū populus ſolet publicū teſtari gaudiū, illud quod eſt in pſalmis: Oſanna, ſit laus & honor illi, qui nobis expectatus venit in nomine domini. Ieſus quoque ſemper ante hæc humilis, & omnis mundanæ gloriæ contemptor, tum noua pompa voluit venire Hieroſolymam. naſtus enim aſinum, inſidebat illi, quum ſolitus eſſet ante hæc pedibus iter conficere: partim vt ſuos doceret quā eſſet inanis huius mundi gloria: partim vt Eſaiæ de ſe vaticinium confirmaret. Scriptum eſt enim Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit tibi manſuetus, inſidens pullo aſinæ. Talis nimirum pompa decet regem Hieroſolymæ ſpiritualis, quæ eſt eccleſia. Hæc tum quidem apoſtoli non intellexerunt, opinantes hæc agi fortuito: ſed poſtea quā morte, reſurrectione, miſſoq; ſpiritu ſancto glorificatus eſt Ieſus, tum rem geſtam cum prophetæ dictis confe-

s 3 rentes,

rentes, animaduenterunt hoc de illo scriptum fuisse quod acclamatum est a turba, quodque ipse sic adueniens gefit. Erant enim plerique, qui talem expectarent regem, quales habet hic mundus. Horum expectationem Christus irrisam esse voluit, demonstrans regnum Evangelicum mansuetudine, celestique doctrina consistere, non praesidiis huius mundi. Hoc tam insigne populi studium excitarent multi, qui pridem adfuerat iuxta Bethaniam, quum dominus Iesus excitaret Lazarum emonumento: & quod oculis suis conspexerant, caeteris narrarent. Et hinc tam frequens hominum multitudo prodierat obviam Iesu, quod ex his qui viderant, cognovisset hoc insigne miraculum ab illo proditum, quale non erat auditum ab orbe condito. Id quia palam divinam quandam virtutem praese ferebat, honos quoque exhibitus, qualis nulli prophetarum fuit exhibitus. Ea res sacerdotum ac pharisaeorum animos propemodum in desperationem adegit: nec tamen ab impio coepto resipiscunt sed inter sese commurmurant, dicentes: Videtis quod omnibus machinamentis adversus illum nihil proficimus, sed quo magis obsistimus, hoc magis & illius auctoritas inclarescit, & populi studium accenditur. Antea paucos habebat discipulos, ecce nunc totus mundus defecit a nobis ad illum, ut nobis iam nec satis tutum sit, palam illi manus iniicere. Haec ideo dicebant impiis pharisaei, quo se mutuo cohortarentur, ad maioribus praesidiis

Testi-
monium
ergo p
hibe-
bat.

fidiis dolisque adoriendum dominum Iesum : unde non prius peregerunt hoc facinus, nisi magno pharisæorum, scribarum, sacerdotum ac seniorum consensu, plebe quoque, ut est animi mobilis, iisdem accensa furis, adiuncta & Pilati præsidis autoritate: nec sine dolo tamen, per Iudam proditorum addito. Tantus autem id temporis erat populi fauor erga Iesum, ut ethnici quoque, qui religionis gratia venerant Hierosolymam, ut illic adorarent, videndi Iesu desiderio tenerentur. Tanta enim erat eius templi veneratio, ut è longinquis etiam regionibus eò religionis gratia multi proficiscerentur. Iam tum autem imago quædam futuri præbebatur, quod ad ecclesiam cuius typum illud templum Hierosolymitanum gerebat, gentes antea idololatras concurrerent, & Iesum à pharisæis reiectum debita religione complecterentur. Hos igitur cum ingens haberet desiderium videndi Iesum, de quo tam admiranda audierant (Pudor autem obstabat, quo minus illum adirent: cupiebant enim illum non solum obiter in turba videre, sed cominus etiam salutare, & loquentem audire) ad eum Philippum, cui ob patriæ viciniam (Nam erat natus in ciuitate Bethsaida, quæ est Galilææ gentium) erant noti, ut is sibi aditum aperiret ad Iesum. Significabant enim se illius videndi magna cupiditate teneri. Philippus rem Andreæ communicat, eiusdem ciuitatis collegæ. Nam is maioris erat apud dominum autoritatis, quod pri-

mus omnium esset vocatus. Ambo igitur adeuntes Iesum exponunt illi quosdam esse, non Iudæos, sed ethnicos, qui tamen illius videndi desiderio flagrarēt, si dignaretur eos admittere. Iesus autē ubi cognouit ex discipulis, ethnicos quoq; sui videndi desiderio teneri, quum iam impie sperneretur à pharisæis ac sacerdotib⁹, hac occasiōe cœpit discipulis suis aperire mortem suam, & quantum illa fructus esset allatura, nō solum Iudaicæ genti, sed vniuerso mundo: quod quem admodum vnius Lazari suscitati miraculum, non solum Iudæorum plurimos, verum etiam ethnicos ad amorem sui pertraxerat: ita mors ipsius & resurrectio omnes totius orbis nationes esset attractura. Discipulis igitur exponentibus ethnicorum pium affectum, respondit Iesus: Audistis Iudæos acclamantes: Benedictus qui venit in nomine domini. Videtis gentes si mihi cupiditate accurrere: quoniam nunc instat tēpus, vt quum pharisæi credent filium hominis prorsus extinctum esse, tum maxime glorificetur apud vniuersas orbis nationes. Nouum gloriæ genus est, & noua ratione parandū est. Vius paucos attraxi, mortui latius diffundetur fama, plures attractura, quàm attraxit corporis præsentia. Vos abhorretis à mentione mortis: tamen illud pro certissimo habete, nisi granū frumenti proiciatur in terram, atque ibi sepultum putrescat, mortuumq; fuerit, nihil ex sese fructus prodit, sed vni⁹

Venit
hora vt
glificetur
fili⁹
hois.

sed vnicum ac solum manet incolume. Quod si mor-
 tuum fuerit, ac sepultum in terra, emergit rursus cū
 copioso foenore, pro vno grano centum reddens, iā
 que læta seges late campos occupat, & vberē prouen-
 tu regionem dicit. Magis id expetendum, quod plu-
 ribus vtile est, & multorum salus, paucorum morte re-
 dimenda. Sic vitam impendere non interitus est, sed
 lucrum: & hoc est vitam non amittere, sed seruare. Nō
 enim perit anima, quæ discedit à corpore: nec in to-
 tum perit corpus olim felicius & immortale reuictu-
 rum. Quisquis igitur amat hanc vitam in hoc mun-
 do, dum male seruat, perdit. Contra quisquis odit vi-
 tam suam in hoc mundo, proq̃ Euangelii prouentu
 obiicit eam periculis ac mortibus, is non amittit vi-
 tam, quam impendit, sed seruat eam, pro mortali bre-
 uiq̃ ac misera vita, perennem ac felicem vitam rece-
 pturus in resurrectione. Sic qui seruat granum tritici
 perdit, & alioqui periturum: qui vero defodit in ter-
 ram, is demum bene seruauit, paulo post cum lucro re-
 cepturus quod perdidisse videbatur. Non est igitur mis-
 traturam, quod vos perturbet mors mea, quæ quondam erit
 etiam imitanda, quo sitis & gloriæ & immortalita-
 tis confortes, qui mortis imitatores fueritis. Ego ve-
 lut autor Evangelici negocii vitam meam volens im-
 pendam pro salute mundi, proq̃ patris mei gloria.
 Vos eritis eiusdē negocii ministri, vestra prædicatio-
 ne per

ne per vniversum orbem spargentes, quæ feci, quæq; docui. Quod mihi nunc machinantur pontifices & pharisæi, hoc vobis moliētur impij, qui mundū hūc magis diligunt, quā deū: qui dum vitā hanc stulte seruant, perdunt vitam æternam, & in mortē æternā sese præcipitant. Si quis se profiteatur discipulū meū, si quis ministrum, me magistrū ac dominū sequatur oportet. Pars est enim ministrū à domino nō diuelli, nec in lætis, nec in tristibus. Quos habuero confortes ac socios afflictionū, eos non seiungam à confortio felicitatis: sed vbicunq; ego fuero, illic erit & minister meus. Me quamlibet à mundo reiectum, tamen pater euehet ad gloriam. Quod si quis se mihi fidum ministrū præbuerit, hunc pro temporis malis, proq; ignominia qua apud homines affectus est, pater æterna felicitate, veraq; gloria decorabit. Agnoscat enim pater nō me solū, sed vnici filii ministros etiam agnoscat, & simili præmio dignabitur, quos similia passos nouerit. Habet quidem præsens afflictio cruciatū suū, propter humani corporis infirmitatem, sed hanc humanæ naturæ trepidationem vincere debet considerata multorum salus, considerata vitæ perennis felicitas, quæ breui cruciatu redimūtur. Quod si olim senseritis naturam ab intentatis suppliciorum, ac mortuum terroribus abhorrentē, nolite protinus ab Euāgelico negocio fracti resilire, sed vincat humanæ naturæ

naturæ imbecillitatem animi fortitudo, semper à cœlestis patris præsidio pendentis. Quin & mihi ob instantem mortis diē sentio turbatā animā. Video gravissimam tempestatē imminere. Quid dicā, aut quō me vertam? An obtemperabo corporis imbecillitati mortem horrentis, an ad mundi præsidia confugiam? an amore vitæ meæ, mundi vitā negligam? Nequaquē. Ad patris voluntatē me accommodabo. Dicit illi naturæ infirmitas, mortis horrore conturbata: Pater, si fieri potest, saluū me fac ex hoc instanti periculo mortis. Sed mox addet hūanæ salutis avida charitas, imō si sic expedit, veniat optata mors, quando volens ac sciens iuxta spiritus voluntatem, quæ nusquam à tua dissentit, memet obtuli in mortē. Tu præsta, vt mea mors, meaq; resurrectio clarum reddat nomen tuum apud omnes orbis nationes, vt te cognito te glorificātes, salutē æternā consequantur. Hæc vbi sublati in cœlum oculis precatus est dominus Iesus, venit vox patris è cœlo, dicēs: Et clarū reddidi nomē meū, & post hæc amplius illustrabo. Iam enim tot miraculis inclaruerat apud hoies, per filiū suū: sed potissimū resuscitato Lazaro, moxq; aucturus erat gloriam sui nominis apud omnes orbis nationes, per crucem, per resurrectionem, per ascensum in cœlū, per spiritus sancti missionem, per apostolorum prædicationem. Porro turba quæ non procul stabat, quum audisset vocem cœlit?

coelitus emissam: quoniam parum fuerat attendita: nec satis constabat ad quem ea vox pertineret, variabat sententiis. Quidam enim interpretabatur tonitruum fuisse, quod videbatur auditum. Vox enim è nubibus prodierat. Rursus alii benignius interpretabantur, dicentes: Angelus quispiam ei loquutus est. Iesus autem quo magis eos redderet attentos, & glorie suspensionem ab se depelleret. Hæc, inquit, vox, quæ nec tonitruum est, nec angeli, sed patris, qui preces meas audiuit: non venit propter me qui noui patris animum in me, sed propter vos: ut intelligatis mihi cum patre conuenire: & quicquid facio, illo autore, vestræ salutis causa facere. Audistis quid de morte mea promisit pater. Nunc instat extrema colluctatio satanæ, qui princeps vel tyrannus potius est huius mundi, qui per peccatum hætenus in morte detinuit omnes, qui diligunt hunc mundum. Nunc mundi causa protrahitur in iudicium. At redarguta falsitate clarescet veritas: & princeps ille mundi, mortis autor, dum se victorem credet, per mortem depelletur à sua tyrannide. Condonabitur enim omnibus peccatum per fidem Euangelicam. Eo sublato, fræte sunt vires tyranni, qui non alio telo potens est: & quemadmodum ille, qui vicisse videbatur, subito pelletur è regno: ita ego qui videbor extinctus, exaltatus à terra, omnia undique pertraham ad me, mihi iure vindicans, quod hætenus ille per tyrannidem occupa-

uit.

uit. Porro quod Christus dixerat : Quum exaltatus fuero à terra , quoniam sermo erat anceps, & tamen ad rem exprimendam accommodatior, mortis genus quam erat obiturus, significare voluit. Etenim qui suscipiuntur in crucem , in alto pendent, quo procul sint omnibus conspicui: simulq; submonuit veteris historie , quæ narrat æneum serpentem Christi typum in sublimi stipite suspensum, omnibus qui ad ipsum verterent oculos, quàmuis è longinquo , contra letifera serpentium vulnera præsentem opem attulisse. Et tamen erant in turba, qui quoniam in mentio mortis præcesserat , diuinarent illum de crucis supplicio fuisse loquutum. Atq; hinc ratiocinari contendunt illum non esse Messiam, qui se prædicaret mortuum, quum scriptura tribuat potestatem & regnum æternum. Sic enim scribit Daniel : Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Rursum propheta Micheas ita loquitur : Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis . Item Esaias: Et pacis eius non erit finis. Quin & psalmorū prophetia promittit ei sacerdotium per æne : Tu es, inquiens, sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Dicunt igitur illi : Nos ex lege cognouimus, quod Messias cum venerit, non sit vllum habiturus finem. Quid igitur sibi vult quod ais futurum ut filius hominis exaltetur à terra ? Quod si exaltari à terra mori est: & si quoties dicis

cis

cis filium hominis, teipsum vis intelligi, aut non morieris, aut ille filius hominis non est Messias, si verum dicit propheta. Ad hæc, quoniam animo malicioso dicebantur, non respondit Iesus. Poterat enim respondere, se nō hominem esse tantū, verum etiam deum, & iuxta corpus humanum se moriturū quidem, sed mox resurrecturum: nec hanc mortem obstare regni perennitati, quod non esset mundanum, sed spirituale. Sed nec illi capaces erant horum mysteriorum, nec tempestivum erat illa prodere. Tantum hortatur eos, vt ommissa cæcitate mentis desinant obstrepere luci veritatis, præsertim quæ mox esset auferenda. Non quod lux Evangelica foret vnquã abolenda, sed quod ipsius doctrinam non essent ex eius ore posthac audituri, nec visuri miracula peragentem, quæ lucem illis præbere poterant ad resipiscētiam: Ad breue, inquit, tempus lumen inter vos versatur. Quare dum huius lucis est copia, ambulate proficientes in melius, dum est occasio, ne subito sublata luce, nox occupet, iam quæ frustra desideretis ademptum, quod nūc oblatū aspernamini. Qui sequitur cæcos affectus animi sui, in tenebris ambulat, nec scit quò vadat, dum quæ se credit pie recte quæ facere. Impingit in mortē. Ego sum lux mūdi, qui mihi crediderit, nō aberrabit à vero. Qui noctis sunt filii, lucem refugiūt. Vos igitur, quamdiu lucem habetis vobiscum, credite luci, vt filii lucis esse videamini

videamini

videamini. Qui credit, videt: qui non credit, videns cæcus est. Nec amplius illis id temporis loquutus est Iesus, ne furorem illorū quem sciebat ad omne facinus esse promptissimum, magis iritaret: sed abiit & abscondit sese ab illis, velut absentia silentioq; suo mitigaturus illorum efferatam insaniam, simul & nos obiter admonens exemplo suo, vt quoties cum obstinatis res est, nec vlla spes est proficiendi, cedamus ad tempus, ne non solum nihil fructus referamus, verum etiam alios reddamus sceleratiores. Quid enim Iudæorum illorum animis deploratius? Cum tam multis, tamque euidentibus & insignibus miraculis, sub oculis illorum æditis, dominus Iesus dictis suis fidem certissimam conciliasse debuerit, tamen perstiterant in incredulitate sua, nimirum liuore, odio, ambitione, auaricia, cæterisque prauis animi cupiditatibus excæcati. Atque huiusmodi futuros quosdam, iam olim Esaias afflatu diuini spiritus prædixerat: Domine inquires, quis credidit verbis nostris, & brachium domini cui reuelatum est? Siquidem ideo non perspiciebant in factis Iesu virtutem diuinam, quia malicia sua excæcati non credebant. Non poterant autem credere, quoniam prauas cupiditates nolebant abiicere. Et hoc rursus prædixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne videant oculis, neu corde intelligant &

& conuertantur, & panem eos. Videntes enim non videbant, & intelligentes, nō intelligebant, & aduersus suam ipsorum salutem omnia moliti sunt in eum, à quo solo salus erat speranda. Hęc olim prædixerat Esaias, cum afflatus arcano spiritu, vidit oculis propheti-
cis gloriam filii dei, quam olim in corpore humano esset habiturus: & quod vidit vaticinatus est, & quod ille vaticinatus est, nos factū credimus. Nec horum tamen incredulitas exclusit aliorū salutem qui crediderunt. Nam multi crediderāt Iesu, nō solum è plebeis, verum etiam è primoribus: sed tamē primores non audebāt palàm profiteri, ob metum pharisæorū, qui decretum ædiderant, vt quisquis se profiteretur discipulum Iesu, submoueretur è synagoga. Porro qui dignitate præeminent apud mundū, non ferūt ignominiam. Nondū enim erat illorum firma perfectaq; fides, sed tamen erat tum iam aliquod Euāgelicæ mentis rudimentū, bene sentire de Iesu, licet timor ac pudor obstaret, quo minus id præ se ferrent. Aliis liuor obstabat, aliis auaricia, aliis ambitio, quo minus toto pectore Christo adhærerent, cuius gratia sunt omnia contēnenda. Sed quoniā spiritus sanctus nondū erat datus, qui robur euangelicū absolueret, multi timide credebant, magis adhuc diligentes gloriam hominū, quàm gloriam dei. In synagoga locū habere honoratiorem, magnificū erat apud homines, sed ob Christum
stum

stum ex impiorum eici synagoga, gloria fuisset apud
 deum. Sed in hominibus natura imbecillibus, timor
 & infirmitas, facile veniam impetrat. Cæterum,
 qui sic excæcati fuerant prauis cupiditatibus, vt sce-
 lerata conscientia reclamarent Christo, populum ab
 hoc auerterent, insidias tenderent, denique mortem
 machinarentur, hos perire necesse fuit, quia seruari
 noluerunt. Rursus alio tempore. Iesus prodiens, in
 conspectum Iudæorum, cum iam furorem illorū mi-
 tiorem esse factum oportuit, quo magis hortaretur
 omnes ad credendum, nec vllam excusationem reli-
 quā faceret iis, qui suapte malicia perirent, ostendens
 quātus esset fructus credentib⁹ quāta pernicies in sua
 incredulitate persistentibus, clamauit, & dixit. Omnes Iesus
 profitemini vos credere deo, atqui cum à deo sim pro aūt clā
 factus, nec quicquam dicam aut faciam, nisi illo au- maui;
 tore, quisquis mihi credit, non mihi credit, qui ex & dixit
 me nihil ago, sed ei qui me misit in mundum. Muni-
 dus tenebris errorum ac vitiorum plenus est. Atque
 ideo à patre, qui fons est omnis luminis, velut à so-
 le radius descendit in mundum, vt discussis erroribus,
 sublati peccatis, lux essem mundi. Per fidem autem
 aperiuntur cæcorum oculi vt lucem videant, nec ani-
 plus impingant in tenebris. Huc igitur spectat om-
 nis mea doctrina, huc miracula, huc quicquid feci,
 facturū'sve sum, vt qui mihi credit, & in me fidu-
 ciam

ciam omnem collocat, non maneat in tenebris, sed illustratus cognitione veritatis, purgatus ab omnibus pristinae vitae vitiis, lucis ductu per Evangelicam pietatem proficiat in vitam æternam. Quod si quis audierit verba mea, nec his obtēperauerit, huic adeo nihil profuerit ad salutem, audisse, vt ob incredulitatem grauius etiam exitium sit habiturus, non quod ego sim illum condemnaturus. Non enim nunc in hoc veni, vt condemnem mūdum ob illius scelera, sed vt per fidem purgatum mundum saluum faciam. Nec tamen effugiet horrendum iudicium, si quis sermones meos auditos reiecerit ac spreuerit. Nunc quidem nihil omitto quo cunctos ad æternam salutem pertraham, nec quisquā meo vitio periturus est. Sed quisquis salutē oblatam aspernatus fuerit, eum hic ipse sermo quem nunc loquor condemnabit, & coarguet in nouissimo die, quod suapte malicia perierit. Inuitavi præmiis, deterrui suppliciis, alexi beneficiis, excitavi miraculis, neminem à salute repello, aditum cuiuis facilem ad vitam aperio. Quid igitur in extremo die prætexet is, qui tot modis prouocatus ad credulitatem, in sua cæcitate perseverauerit? Si dei cultores estis, sicut vobis videmini, si legem veneramini, meos sermones non potestis aspernari. Nec enim ex me ipso loquutus sum, eorū more, qui ad suā gloriam, aut quæstū quæ volunt cōminiscuntur, nec

aduersa

aduersa legi doceo, sed quæ lex adumbravit typis, promissit vaticiniis, præsto. Sed pater qui est legis autor, & vnde huc profectus sum, mihi præscripsit quod dicam, & quomodo dicam. Huius igitur mandatis quū in omnibus obsequar, quomodo potestis illum honorare, cum eius legatū aspernemini? Quod autem mihi mandauit, non ob aliud mandauit, nisi vestri charitate, vt credentes his quæ per me vobis loquitur, vitam æternam assequamini. Quemadmodū pater sitit salutem omnium, nec vllius quærit interitū, ita & ego sitio salutem omnium nec quenquā patiar interire, quod quidem in me erit. Proinde quoniam mihi certum est, ad salutem vestram pertinere, quicquid me loqui voluit, ideo nihil eorum taceo, quæ mihi præscripsit vt loquar. Huic animo dei patris in vos, huic animo meo. cū patris animo per omnia cōsentienti, videte ne desitis ipsi perniciē vobis accersentes vltro, quum possitis salutem assequi perennem.

CAP. XIII.

Huiusmodi sermonibus dñs Iesus adhortatus est impiā turbā, vt salutis suæ cōsulerent, & ab impio conatu desinerēt, cū nihil alioquin reliquisset intētātū, quo potuissent ad meliorē mentē reuocari. Iā supererat, vt discipulos suos quos peculiariter selegerat, quos esset breui relicturus, quosq; nouerat morte magistrī sui vehemēter exanimādos, aduersus ingruētē tē

pestatē instrueret, atq; ex illorū animis penitē reuelle-
 ret illas Euāgelicę puritatis pestes, liuorē, odiū, fastū,
 ambitionē, atq; his diuersos affectus infereret, abso-
 lute charitatis indicia proferens, cuius exemplum mu-
 tuo inter ipsos amore æmularentur, tum inauditæ
 mansuetudinis, & humilitatis formam præbens, quo
 sese vicissim mutuis officiis præuenirent. Itaque pri-
 die paschæ, quod, vt dictum est, Hebræis phase,
 id est, transitum sonat, quum sciret dominus Iesus,
 quem nihil fugiebat, iam adesse tempus, quo & ipse
 festi diei vocabulo respondens transiret ex hoc mun-
 do, & ad patrem vnde fuerat profectus rediret, cum
 semper dilexisset suos apostolos, quos vt domesticos
 & amicos peculiariter sibi delegerat, qui nondum
 erant exituri ē mundo, sed ingens ac longum certa-
 men habituri cum mundo, perpetuam erga illos cha-
 ritatem declarauit. Nec instans mortis tempestas affe-
 ctum, quem gerebat erga illos excussit, sed in ipso
 digressu potissimum exhibuit rari cuiusdam amoris
 indicia, non quod eos minus dilexerat antea, sed vt
 quæ discessurus impresisset animis illorum, tenacius
 hærerent. Postea quàm igitur suprema illa & mysti-
 ca coena parata esset, in qua dato corporis & sangui-
 nis sui sacro symbolo, perpetuam sui memoriam pa-
 sturus erat, & amicitia nullis vnquam modis in-
 terminaturæ fœdus sancire constituerat, quum non
 igno-

ignoraret hoc suggerente diabolo, iam agere Iudam, Iscarioten, ut se proderet Iudæis capiendum, cuius mentem sic auaricie pestis occuparat, ut tanta magistri erga se lenitate comitatenique non posset a nefario scelere reuocari, quumque sciret quod pater nihil horum pateretur interire, quæ sibi seruanda tradidisset, sibique conscius esset, quod mox ad patrem esset iturus, unde profectus erat, tamen ut omnem ambitionis affectum penitus eximeret ex animis discipulorum suorum, surgit à coena iam instructa, positisque vestimentis, quo planè ministri gereret imaginem, accepit linteum, eoque sese præcinxit. Mox ipse misit aquam in peluim, & abiectissimam iuxta mundum officii functionem aggressus, cœpit lauare pedes discipulorum suorum. Solet quidem hoc officii iuxta morem Hæbreorum præstari hospitibus & amicis, sed hoc quod Christus gessit, non solum habebat exemplum absolutæ modestiæ, verum etiam typum intelligentiæ mysticæ, nimirum eos qui sese accingerent ad prædicationis euangelicæ munus, qui dominicæ mensæ participes esse vellent, oportere purissimos esse ab omnibus terrenis affectibus, sed hanc puritatem nemini cõtingere, nisi domino Iesu sua bonitate sordes oēs imbecillitatis nostræ detergente, qui solus expers fuit omnis maculæ, quique sic versatus est inter homines homo, ut nihil humanæ labis ex cõ

t 3 mercio

licet ab amore proficiscentem, veluti clauum clauo pel-
leret, minis cohibuit, quando nondū erat docilis Pe-
trus, dicens: Quid mihi reluctaris Petre? Si nō lauero
te, non potes esse cōfors mei. Aut lauaberis, aut à mē-
sæ foederisq; mei cōsortio semoueberis. Purus sit oportet, quem admittam in meū contubernium. Hoc autē
dixit Iesus, non de lauandis pedibus corporeis, sed de
imitatione tam insignis modestiæ, de puritate mentis
quam oportet esse summam in his, qui doctrinā euan-
gelicam profitentes, ecclesiastici gregis curā suscipiūt.
Petrus autē qui feruido quodā in dño amore teneba-
tur, dura siquidē est amāti diuortii mentio, tamen tū
non intelligebat, quid sibi vellet sermo Iesu, tamen cū
audiret fore, vt ab illius secluderetur cōsortio, quē vni-
ce diligebat, subito vehemētior etiā factus est in admit-
tēdo, quā in antea fuerat in recusando: Domine, inquit,
potius quā abs te diuellar, nō solū permitto tibi lauā-
dos pedes, quando ita vis, sed & manus & caput. Ad
hæc dominus: Qui semel lotus est, nō opus habet, vt
denuo lauet. Iam enim reliquo est corpore mūdus, ni-
hil superest, nisi vt pedes lauet, qui subinde cōtactu ter-
ræ, sibi nonnihil colligūt fordiū. Hoc nimirū ænig-
mate, significabat dominus Iesus euangelico præconi-
non sufficere cōmunem illam puritatem, quam omni-
bus præstat baptismus, & euangelicæ fidei professio,
nisi pedes, hoc est, affectus animi, subinde purgentur

ab omnibus inquinamentis huius mundi, à quibus tamen vix quisquē purus esse potest homo, nisi subinde per Christi misericordiā, contagiū ex hominū cōmercio contractum, studeat abluere: Vobis igitur, inquit, non lauo rursū corpus reliquū, tantū pedes abluo. Estis enim mundi, tametsi non omnes. Hac exceptione dominus Iesus taxauit Iudæ Iscariotæ cōscientiā. Nouerat enim à quo foret prodendus Iudæis. Tanta erat Iesu mansuetudo, vt cognitū nec proderet cæteris, nec a lotionē pedū secluderet, nec à sacro cōuiuio, nec à corporis, & sanguinis sui cōmunionē repelleret: tantum tangit ipsius, qui sibi notus erat cōscientiā, vt vel sic resipisceret, postea quā intelligeret se nō latere dñm, quē destinaret prodere. Ob hunc itaq; dixerat, mundi quidem estis, sed non omnes. Hoc igitur officio perfunctus Iesus, erga duodecim apostolos suos, recepit vestimenta sua, cumq; suis accubuit cœnam sumpturus. Sed interim exemplum modestiæ, quod illis exhibuerat, rursū infigit illorū animis, ne per obliuionē posset elabi, quod cū primis erat necessarium. Ait enim: Intelligitis ne, quid sibi velit, quod vobis omnibus laui pedes? Vos appellatis me magistrum & dominum, idq; merito facitis. Sum enim vere quod me dicitis. Quod si ego vestros laui pedes, qui vere magister sum & dominus, vos qui inter vos fratres estis, & conserui, multo magis non grauabimini

mini mutuis officiis inuicem inseruire. Nam ideo tanto maior exemplum hoc vobis exhibui, ne vos inter pares pigeat imitari, quod ego discipulis ac seruis exhibui, pudeatq; fratrem in fratrem, & conseruum in conseruum sumere tyrannicum supercilium, quum ipse qui merito mihi possim huius dignitatis fastigium vindicare, memet vsq; ad lauandos pedes vestros abiecerim. Nec est quod quisquam dicat, humile est, seruile est quod ago. Quo quisq; maior est, hoc se magis oportet demittere. Pestis ambitionis etiam euangelicis virtutibus obrepit. Cum ædetis miracula, per nomen meum: cum eiicietis dæmonia: cum mortuos vitæ restituetis: quum vaticinabimini, tum maxime vobis oportebit, in mentem venire, quod hodie feci vobis. Non supercilio, neq; fastu, neq; violentia vobis erit autoritas euangelica defendenda. Rationibus aliis ea continget. Illud certe negari non potest, quod communi quoq; sensu notissimum est. Non est seruus maior domino suo, nec qui legatus est ad negocium alienū obeundū, maior est eo, à quo legatus fuit. Me dñm agnoscetis & post hac magis agnoscetis. Mei estis apostoli, ego legationis sum autor, Turpe fuerit igitur vobis, in gregē vobis credendū, aut etiā inter vos turgere fastu, sæuire violentia, quū me tã mitē, tã modestū dñm ac magistrum sitis experti. Hoc quoniam nunc intelligitis, si post feceritis, beati eritis, iuxta

xta

xta doctrinam meam, quam frequenter vobis iteras
 inculcaui, ne quâ possit elabi. Sed hæc beatitudo nõ
 erit omnium vestrum. Elegi quidem vos omnes ad
 apostolici nominis honorem, sed non omnes respon-
 debunt huius muneris dignitati. Beati futuri sunt, qui
 meum æmulantes exemplū fungentur apostolico mu-
 nere. Sed est inter vos, qui intantū hoc nõ emulabitur
 in fratres & cõseruos suos, quibus hæctenus æquatur,
 vt in me quoq; dominū ac magistrum talem ac tan-
 tum sit erecturus ceruicē. Sed hoc fore iam olim præ-
 dixerat psalmi vaticinium: Qui comedit panem meū
 tollet aduersum me calcaneum suum. Iam nunc hoc
 vobis prædico futurum, prius quàm fiat, vt quum vi-
 deritis factum quod scriptura prædixit, credatis me
 esse illum de quo vaticinata est, nec quicquam in me
 temere geri, sed diuino consilio negocium hoc omne
 temperari. Quemadmodum autem beatus est, quis-
 quis meum exemplum imitabitur, ita infelix erit, qui
 proditorem illum, quisquis est, maluerit æmulari. Nā
 habiturus est ille multos olim æmulos suæ maliciæ,
 quibus charior erit pecunia, quàm nominis mei glo-
 ria, quicq; sub apostolici nominis honore, prodito-
 rem agent apostolici muneris. Porro quo maior est
 Quia huius muneris dignitas, hoc grauius est crimen, pro-
 cipit fessionis honore ad proditionem abuti. Nam illud
 quē mi profecto vobis confirmo: Quisquis recipit eū, quem
 sero. ego

ego mitto, me ipsum recipit. Et quisquis me recipit, recipit eum, qui me misit. Quemadmodum enim ego patris apostolus, non aliud ago, quam ex voluntate patris, ita vos qui mei estis apostoli, si bona fide, quod vobis mandatum est exequemini, sic à piis omnibus recipiemini, veluti me per vos loquente, quemadmodum pater per me loquitur, nihil aliud docentem, quam quod ille præscripsit. Hæc quum dixisset Iesus, consolans animos suorum, mox quo magis eos à proditoris exemplo deterreret, quoque vehementius vrgeret proditorem ad resipiscendum, turbatus est spiritu velut exhorrens exitium illius, qui suapte malicia sibi mortem æternam tendebat accersere. Et quod ante dixerat, rursus cum asseueratione testatur omnino futurum: Etiam, inquit, atque etiam dico vobis quod vnus è vobis, qui hic pauci eadem in mensa mecum accumbitis, me proditurus est. Hic sermo toties iteratus expergefecit animos discipulorum, quos alioqui in ceror ingens occuparat, ob prædictum domini decessum. Consolabatur vnumquemque cæterorum sua conscientia, quod vnus notaretur futurus proditor, sed perturbabat quod adiecerat, ex vobis, nec dubitabant, quin, quod dominus prædixerat futurum, aliquando fieret, & tamen nemo poterat de alio tantum suspicari nephas, videlicet ex suo animo cæteros omnes æstimans, nisi quod interim suspecta esset cuique humanæ

humanæ

humanæ nature imbecillitas. Solus Iudas sibi cōsciū
 nec exhorruit, nec pudefactus est. nec veritus est sacris
 epulis interesse, & potuit interim ferre oculos domi-
 ni sui, cui nouerat non ignotum esse, quid secū agita-
 ret in animo. Tanta erat auariciæ pestis, & adeo libuit
 abuti iam nota domini lenitate. Itaq; cæteri discipuli
 mœrentes ac solliciti, vicissim se cōtuebantur, si quod
 indicium ex vultu possent colligere, quem hic sermo
 Iesu notasset, non dubium, quin ilico sæuituri in eū
 qui tam impium facinus animo concepisset. Arde-
 bat quidem hic animus Simoni Petro, quo nemo fer-
 uentius amabat dominum, sed ferè parum bene suc-
 cesserat hætenus audacia, quam illi suggerere solet a-
 mor in magistrum. Audierat ante: Vade post me fata-
 na, non sapiſ ea quæ dei sunt. Audierat modo: Non
 habebis partem mecum. Itaq; quum vehementer cu-
 peret, hac sollicitudine liberari, certōq; nosse tanti fa-
 cinoris molitorem, nequaquam passurus eum admi-
 sseri conuictio, non ausus est tamen ipse percontari
 Iesum, quis esset ille proditor, quem notaret, sed nutu
 significauit discipulo cuidam, quem dominus familia-
 rius amabat, atq; id temporis recumbebat in pectus
 domini ac familiaritatis indulgentia mœrentem at-
 que exanimatum ob instantem ipsius mortem con-
 solantis ac refouentis, vt sciscitaretur, quis nam esset
 de quo dixisset Iesus. Discipulus igitur ille, vt
 tum

tum accumbebat in pectus Iesu, secreto dixit illi: Domine, quis est ille, qui tantum audebit facinus? Iesus illi clanculum respondit: Is est, cui offulam intinctam porrexero. Cumque panem intinxisset iuri, dedit offulam Iudæ Simonis Iscariotæ. Nec sic erubuit, aut resipuit infelix proditor, sed perfricta facie, contemptaque domini conscientia, sprete tanta lenitate, accepit de manu domini signum amicitiae, quem mox ob exiguum precium erat proditurus. Ac post acceptam bucellam, satanas totum illius animum occupavit, & ex impio reddidit insanabilem. Iesus autem ubi videret destinatam Iudæ maliciam, nec pudore, nec metu flecti, iam enim penè proditus erat, nec abfuisset à periculo, si Iesus illum prodidisset ablegat eum à conuiuium, & patrandi facinoris, quod iam certa voluntate concepta patrarat, potestatem facit. Quod facis, inquit, fac citius. Id dictum solus Iudas sibi conscius intellexit, cæterorum accumbentium nemo sensit, quamobrè hoc dixisset Iesus. Nam ut est minime suspiciosa probitas, non poterat hæc suspicio descendere in pectus cuiusquam, illum cui Iesus tot amoris argumenta præbisset, quem creditis oculis communibus, cæteris quodammodo præferre visus esset, qui vicinior accubebat in eo conuiuium, cui modo bucellam intinctam porrexerat dominus, tam immane facinus ausurum, ut eum ad mortem proderet. Quidam autem sic interpretas

pretabantur, quod dixerat Iesus, quod facis, fac citius: quoniam nouerant Iudæ creditos esse loculos, dominum admonuisse, ut emeret aliquid earum rerum, quibus ad celebrandum diem festum opus esset, aut ut egenis daret aliquid. Nam hoc frequenter solitus erat illi mandare Iesus, nos interim ad benignitatem in pauperes instituens & extimulans. Iudas autem accepta buccella, dissimulatoque domini dicto, protinus exiuit e conclau. Non enim decebat iam, ut qui se totum tradidisset satanæ, seque Iesu toties præstitisset in medicabilem, amplius interesset collegio sanctorum. Erat autem nox, tempus arguens mentem illius auaritiæ tenebris excæcatam, qui se subduceret à luce, & ad opus principis tenebrarum adeo festinaret, ut nec temporis intempestiuitate commotus facinus conceptum pro rogaret. Non defuerat illi & antea praua voluntas, sed nondum à Iesu fuerat data facultas: ut hic quoque palam esset, neminem aduersus illum quicquam valiturum fuisse, nisi ipse voluntati impiæ potestatem fecisset, exequendi facto quod animo destinarat. Submoto igitur illo, qui se fecerat hoc indignum contubernio. Iesus multa loqui cœpit discipulis suis, quæ partim illos consolarentur confirmarentque: partim aduersus tempestatem iminentem armarent, infigens penitus animis eorum, quæ tum quidem primùm rudes, deinde in cerore somnoque grauati non poterant ad plenum capere, sed tamen post
essent

essent intellecturi. Ac primū significauit mortē suam instare, quæ licet iuxta mundū ignominix plena videretur, tamē patris simul & suam gloriā esset illustratura. Nūc, inquit, hoc potissimū agitur, quod audistis me deprecantē. Nūc enim adest tēpus, quo filiū hominis, qui haftenus humilis visus est & contēptus nouo modo clarus redditur apud homines, & per illū illustrabitur & patris gloria. Quemadmodū enim ille nō quæsiuit gloriā suā, sed per suā infirmitatē illustrauit gloriā patris: ita vicissim pater, qui est fons omnis veræ gloriæ, glorificabit filiū suū apud homines: nō per angelos, nec archangelos, nec vllam aliā creaturā, sed per semetipsum mundo declarans, vnam esse patris filiique gloriā, quo duorum opera mutua sic vicissim apud homines innotescat: non vt illis aliquid accedat, sed vt homines cognita vtriusque gloria, veram gloriā assequantur. Glorificabit autem olim totum filiū suū in aduentu supremo coram cœlorū incolis: sed interim protinus quoque glorificabit illū ipsa morte, quæ potentior erit vniuersa virtute mortaliū, mox resurrectione & ascensione. Quare filioli mei, ne vos exanimet mea mors, quæ tametsi videtur infirmitatis esse, tamen erit potentior mea vita: tametsi videbitur ignominiosa, tamen illustrabit gloriā, & meā & patris: tametsi videbitur abolitio mei tamē salutem adferet, & vobis & vniuerso mūdo. Hęc cōsolentur animi

Et cōtinuo glorificabit eum.

IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

animi vestri mœrorem . Expedi enim vobis vt hoc
 corp⁹ mortale vestris oculis subducatur . Iamq; instat
 tempus vt id fiat . Interim fruamini me tanquã mox
 abituro : & quæ vobis mando, cordib⁹ vestris impri-
 matis . Alioqui quemadmodũ dixi Iudæis, sublatum
 frustra queretis . Mox enim abeo, tum illuc abeo quò
 in præsentia nõ potestis cõsequi . Superest igitur , vt
 abitum meũ fortiter feratis, & doctrinam meã, meiq;
 memoriã animis vestris impressam teneatis . Hoc est
 quod vos felices reddet , poti⁹ quã corporis hui⁹
 mortalis conspectus . Multa sunt Mosaycæ legis præ-
 cepta, ego discessurus vniciũ ac notũ præceptum vo-
 bis mando, vt quemadmodũ ego vos dilexi , sic vos
 inuicem diligatis . Non exercui tyrãnidem in vos, nõ
 affectaui gloriam, non quæstũ, non quicquã humani
 cõmodi inessui ex vobis . Vestram salutem amaui , &
 amaui gratis, & vsq; ad mortem amaui . Siquidẽ hanc
 animã volens impendã pro vobis, sic & vos inuicem
 diligite . Cæterorũ discipuli, titulis, cultu, certisq; con-
 stitutionũ obseruationibus dignoscũtur . Nihil istarũ
 rerum à me didicistis . Vna nota cognoscẽt homines,
 quod germani mei discipuli sitis , si talem charitatem
 mutuã habueritis inter vos, qualẽ ego vobis omnib⁹
 præstiti . Rarũ est hoc inter mortales, sed hic est fruct⁹
 bonæ arboris quo discernitur . Petrus qui totus flagra-
 bat amore domini sui , quanquã mortem ei⁹ iniquo
 ferebat

ferebat animo, tamen quoniam semel audierat, vade post me fatana, non audebat eadem de re rursus interpellare. Sed illud discruciatum animum amantis, quod quum ille diuelleretur, amicis negaretur sequendi facultas. Est enim ingens solatium, si quem vere diligas, in omnem fortunam quoquo terrarum se verterit persequi. Rogat igitur Petrus: Domine, quo vadis, ut non liceat te consequi? Tum Iesus: Quo vado, non potestis in presentia me consequi, sequeris tamen postea. Petrus nondum intelligens quid sibi vellet hic sermo Iesu, cum de morte sentiret sua, ad quam perferendam illi nondum essent idonei: Domine, inquit, quare non possum te sequi? Quid periculorum pro te recusum pati, qui vitam etiam meam paratus sum tibi impendere? Hanc vocem fortiosem viribus expresserat syncerus quidem, sed humanus adhuc, nec sibi satis dum notus amor. Iesus igitur ut paulatim successorem suum formaret, & humanarum virtutum fiduciam penitus reuelleret e suorum animis, quemadmodum ante submouit ac repulit, cum confidentius dehortaretur a perpetienda morte, rursus correptus est, quum se precipitasset in aquam, ac mox dubitasset: ac modo cohibitus est, quum non obtemperaret paranti lauare pedes: ita nunc docetur non suis viribus fidere, nec suis affectibus credere, sed sibi diffusus a praesidiis pendere Christi. Quid ais, inquit, Petre? quam

v magni

magnifica de te nobis polliceris? Tu mihi vitā impēdes? Imò res ipsa docebit te, quān verus sit sermo, qui paulo ante dictus à me, fidē apud te nō promeruit: quò ego vado, vos nō potestis me nūc cōsequi, nec procul abest experimentū. Illud em̄ certissimū habeto, prius quān gallus hac nocte cantet, hoc est, primo gallicinio, ter me negaturus es: tantū aberit, vt tua vitā, meā possis redimere. His verbis dñs cohibuit Petri magniloquentiā, licet ex amoris magnitudine proficiscētē: simulq; cæteros admonuit, vt in periculis nō fiderēt virib⁹ suis, sed intelligerēt virtutis munerisq; diuini esse, si quid huiusmodi præstarēt. Ad hæc Petr⁹ obticuit, nōdū satis liber à sollicitudine proditiōis, de qua meminerat Iesus.

CAP. XIII.

EX hoc sermone, qui nouā quandā & atrocē tempestatē imminere significabat, quæ Petrū quoq; fortissimū omniū, ad tātū terroris adigeret, vt eadem nocte ter dominū esset abnegaturus, cum vehemēter essent animo perculsi discipuli, ac Petri exemplo sibi quisq; metueret, clementissimus præceptor oratione blandiore consolatur discipulos suos perturbatos ac mœrētes. Erunt quidē, inquit, hæc omnia quæ prædixi: verū non est, quod ob ea despondeatis animū, aut perturbemini. Atrocía sunt quæ fiēt in me, quæq; post ædentur in vos: neq; me fugit quanta sit imbecillitas humanæ naturæ, sed si vestram omnē fiduciā colloca

collocaueritis in deo & in me, non est quod ullos impiorum hominum insultus formidatis. Deus enim omnipotens est, & vnus plus potest omnibus qui nos impugnant. Certe illi fiditis, etiam iuxta Mosaycā doctrinam. Quid si illi vere fiditis, mihi quoque debetis fidere. Vincam ego per illum, & vos per me vincetis, si vestris diffisi praesidiis, in me fiduciam omnem ac spem fixeritis. Nec mors ipsa nos poterit distrahere. Quemadmodum eritis aliquando consortes afflictionum, sic eritis & coronae consortes. Primus ipse certandi, vincendique formam ac specimen exhibebo. Per me dabitur vobis robur, per me dabitur gloriae consortium. Tantum mihi confidite. Iam in domo patris mei multae mansiones paratae sunt vestroribus. Nec enim vni mihi paratae sunt praemia: nec solus Petrus me secuturus est, sed omnibus, qui mihi per charitatem ac fidem Euangelicam adhaeserint, sua cuique praemia paratae sunt. Quod nisi certo scire iam paratas esse vobis mansiones, quae vos breui ex huius mundi tumultibus exemptos recipiant in aeternae vitae felicitatem, iam praemonuissim vos me ideo praecedere ad patrem, quo vobis quoque, quos a me distrahi non patiar, illic parum locum. Nunc quoniam certum scio suam cuique mansionem paratam in regno patris, de praemio non est cur sitis solliciti: tantum illud agendum, ut fortiter certetis. Quid si maxime abire vobis paraturus locum, non est tamen quod interim vobis destituti videamini. Rursus enim ad vos vetu-

IN EVANG. IOANNIS PARAPH.

rus sum, ut vos totos ad me recipiam, nunquam post
 hac à me distrahendos, ut iam ubicumque sim ego, sitis
 & vos. Non est quod diffidatis vos eò peruenturos,
 quò ego nunc præcedo. Siquidem & scitis quò vadam, nec
 viam ignoratis. Nam hoc ænigmate dominus subindi-
 cabat se proficisci ad patrem, sed per mortem crucis.
 Optabile erat, quod adibat, sed iter videbatur ina-
 mabile. Hoc discipuli nescire non poterant, toties audi-
 tum à domino: sed mœror & obliuio faciebat, ut quod
 sciebant, nescirent. Itaque Thomas audis certo cogno-
 scendi quò nam esset abiturus dominus: Domine, inquit, cum
 nesciamus quò vadas, qui possumus nosse viam? Imò
 utrumque nescimus, quod ais utrumque scire nos. Hoc vehe-
 menti quidem, sed rudi sermone Thomas veluti compul-
 lebat dominum, ut apertius diceret, quò nam esset abiturus,
 quod omnes iam dudum misere cupiebant discere. Iesus
 autem suos paulatim erudies, ac fingens, docet quidem
 quod scire desiderant, sed tectius adhuc, ut alius inhære-
 sceret, quod vix tandem didicissent: nimirum se relicta mor-
 talitate redire ad patrem unde venerat, ante quam mor-
 tale corpus assumpsisset. Ad patrem autem nulli patere adi-
 tum, nisi per filium, qui solus viam in celos aperiret, qui
 solus celestis cognitione fidem hominum instrueret, so-
 lus esset immortalitatis fons, cui quisquis inhaereret,
 huic non esset formidanda mors? Qui fit, inquit, Tho-
 ma, ut neges te nosse viam? nisi forte me totum adhuc
 ignoras?

ignoras? Siquidem ego sum via, veritas & vita. Iam dixi me redire ad patrem, ad hunc aditum solus omnibus aperio. Et quoniã ad hunc factis deo dignis peruenitur in me habetis exemplũ: tum autẽ quoniã sine fide nemo peruenit ad patrem, ex me didicistis veritatem. Quod si interim perturbat animos vestros formido mortis, scitote certã vobis immortalitatẽ esse, quum ego sim vita. Tantum quò ego præcedo, vos sequamini. Quod ego docui, credite ac tenete: quod polliceor, certo sperate. Si quæritis quò vadã, ad patrẽ eo: si viã, quã cõsequi possitis, nosse cupitis, nemo venit ad patrẽ, nisi per me. Proinde nostis vtrunq; , & quò vadam, & quã sit iter, nisi forte me prorsus ignoratis. Etenim si me cognouissetis, nimirũ & patrẽ cognouissetis. Imò iam aliquo pacto cognouistis patrẽ, quẽ vobis ignotũ esse creditis: nec cognouistis solũ ex legis institutiõẽ, verũ etiã vidistis eũ. Videlicet hoc ænigmatẽ dñs Iesus submonuit suos, patrẽ quidẽ inuisibilem esse, nec inuisibile tantũ oculis corporeis, verũ nec animo iuxta suam naturam percipi posse: sed tamen quodam modo visum fuisse in filio, dum illũ in filio conspiciunt, imperantem ventis & mari, imperantem dæmoniis, verbo propallentem morbos quamlibet inmedicabiles: verbo mortuos ad vitam euocantem. Sed hæc mysteria nondum assequeretur apostolorũ ruditas. Et tamen perinde quasi verum non esset

quod à domino dictum non intellexerant, ita gestiunt videre patrem, imaginantes sic posse cōspici patrem, quemadmodum conspiciebant filiū: tanta adhuc erat illorum simplicitas, quanquam nec filium viderant, qui corporeis oculis illum aspexerant. Philippus igitur cæteris avidior discendi: Domine, inquit, ais nobis visum esse patrem, imò hoc vtinam nobis largiaris, vt liceat conspicere patrem tuum, satisfactum esset votis nostris, nec quicquam desideraremus. Audiuimus quidem de eo multa, tantum superest aspectus. Tam rudem Philippi postulationem dominus corrigi- git, dicens: Philippe, tantum iam temporis vobiscum verfor, & nondum cognouisti me? Nō ideo me nosti quia faciem vides, sed quoniam virtutem ac veritatē meam intelligis. Hæc non videtur oculis corporeis, sed animo cernitur. Quum igitur sim imago patris, illi per omnia similis, meq; ex factis dictisq; iā nosse debueris (Porro nouisse, vidisse est) qua fronte mihi dicis, ostende nobis patrem? quasi qui me viderit, nō idē viderit & patrem meū, nō quod nō alius sit pater quàm ego, sed quod iter duos nulla sit dissimilitudo, iuxta naturam sublimiorem. Si ratioē cōsequi nō potes quod dico, videt etiā qui credit. Audisti me loquētem, vidisti me miracula patrante, in his nimirū patrem audisti, patrem vidisti. An nondum credis, quod inseparabili naturæ, voluntatis & virtutis consortio,

pater

pater in me est, & ego in patre? Quicquid loquor, ex illius animo loquor. Quicquid facio ex illius facio sententia. Semper itaque sum in illo, propter indiuiduam naturæ voluntatisq; societatem, & ille semper in me, per me loquens, per me miraculis suam declarans virtutem. Nec enim ex me loquor quicq;, quod idem nō loquatur per me nec ex me facio quicq;, quod ille per me nō simul operetur. Quo modo igitur tu separas inseparabiles, & altero cōspecto, alterum desideras conspiciere: altero cognito, credis ignotū alterum? An nondum vos quoq; cæteri creditis omnia patris esse, quæ per me dicuntur, aut geruntur, & nullum inter nos duos esse discrimen? Hoc mihi toties docenti credere debueratis, & si dictis meis parū haberetis fidei, certe facta quæ vidistis deo digna, & homine maiora vobis fidem facere debuerant, patris esse quicquid ex me proficiscitur. Si pater ipse vobis loqueretur, non aliud vobis quàm ego loquor, loqueretur: si pater per se operaretur, nō aliud operaretur quàm ego operor. Eadem nobis mens est, eadem voluntas, eadem vis & natura. Hoc igitur credite, hoc tenete, hoc animis vestris infixum habete. Quod si feceritis, nihil detrimenti vobis adferet huius corporis subductus cōspectus. Oculis fidei melius cernetis absentem: & quod nūc videtis patrē per me agentem, cui modis omnibus inhæreo, idem agam per vos, si mihi per fidem &

charitatem inheseritis. Imò clarius etiam exeram vim
 meæ diuinitatis, postea quàm hanc infirmitatis speciẽ
 vobis subduxero. Imò quisquis se mihi iunxerit per
 fidem Euangelicam, quemadmodum ego per natu-
 ram à patris cõfortio nunq̃ seiungor, is per me maio-
 ra quoq; facturus est, quàm ego facio, quoties gloria
 dei poscet miraculũ. Nam ipse per vos operabor, quẽ
 admodũ pater operatur nunc per me. Quoniã autẽ sic
 expedit hominũ salutem, vt redeã ad patrẽ, vos in vices
 Euangelicæ functionis succedetis. Nec hoc solum fiet,
 sed quicquid alioqui petieritis à patre per nomẽ meũ
 quod ad patris meiq; nominis gloriã pertinebit, hoc
 faciã, vt per vos quoq; glorificer apud homines, quẽ
 admodum pater hætenus per filium est glorificatus.
 Ne vos igitur perturbet abitus meus, qui lucri quo-
 q; non parum vobis est allaturus. Tum maxime sum
 vobis adfuturus ad omnia quæ faciunt ad veram sa-
 lutem, quum hoc corpusculum vobis subduxero. Tã-
 tũ petite quod voletis, audiet pater vota vestra, & ego
 patronus assiduus apud illũ, efficiã vt quicquid petie-
 ritis, impetretur. Etenim vt ille nihil mihi negat, nihil
 agenti, nisi quod ad illius gloriã facit, ita nihil vobis
 sum negaturus hoc agentibus, quod ad mei nominis
 gloriã conducet. Suggestet enim vobis spĩritus meus
 quid oporteat petere. Non istuc est Euangelicæ cha-
 ritatis argumentũ, ob meũ obitũ discruciarì. Sic em̃
 homines

homines exanimantur, ob discessum amici, cuius mox sunt oblituri. Si me vere diligitis, quemadmodum ego diligo patrem, ipsa re declarate charitatem erga me: declarabitis autem si seruaueritis precepta mea. Ita futurum est ut quemadmodum pater amat me, nihilque negat, ita vos quoque per me diligat obsequentes iussis meis, quae eadem sunt iussa patris. Sic expedit totius orbis saluti, ut hanc praesentiam vobis subducam, nec tamen abiens destituam vos desolatos. Immo si perstiteritis in amore mei si mea iussa seruaueritis, exorabo patrem, postea quam ad illum rediero, & ille qui mihi nihil negat, alium consolatorum mittet vobis, qui semel missus nunquam abeat a vobis: quemadmodum ego nunc, quod ad corporis praesentiam attinet, a vobis diuellor: sed perseverabit vobiscum in aeternum. Is erit spiritus meus ac patris, qui vos ex carnalibus reddet spirituales: & istum affectum humanum, quo me nunc prosequimini vertet in amorem caelestem: quique vobis arcanis afflatibus suggeret omnium veritatem, quae nunc veluti per somnium ac nebulam intelligitis. Hoc mei pignus erit vobis peculiare. Nam ego interim malis ac bonis memet exhibui communiter, ne quis excusare posset se non inuitatum ad salutem. Caeterum spiritum illum, quoniam caelestis est ac verax, mundus hic, qui terrenis ac falsis bonis inhiat, non potest accipere. Quare non potest? Quia quum habeat oculos crassos, qui non amant nisi crassa terrenaque, non videt illum, neque no-

uit

Si diligitis me.

uit illū. Tacitus enim illabetur arcanis animi sensibus, sicubi sedē cōgruam repererit. Vos autē si spretis huius mundi præstigiis, vera bona sectabimini, cognoscetis illū, quoniā nō solū veniet ad vos, quemadmodum ego veni visibilis, sed & permanebit apud vos: nec ita versabitur apud vos, quemadmodū patronus apud clientē, sed in intimis animorū vestrorū latebris habitabit, seque vestro spiritui conglutinabit, ut vnus spiritus efficiatur in omnibus. Is quoniam insitus erit præcordiis vestris, per omnia vos comitabitur. Nec longum erit interuallū, quū hic vicarius cōsolator ad vos venturus est. Quare nō est, quod exanimetur cor vestrū filioli, quos vtcūque genui sermone cœlesti, & rudes licet foueo donec adolescatis ad robur Euāgelicū. Quanquā ad tēpus abeo, nec amplius mortalis cum mortalibus victurus sum, tamē nec interea relinquā vos orphanos, meique solatio destitutos. Rursum enim veniā ad vos prius quā remigrē ad patrē meū, meque vestris oculis sum exhibiturus, vero quidē, sed nō iā mortali corpore, quo vos paulatim à carnis amore prouehā ad spiritū. Nihil enim magni sit, si corpus hoc vobis perpetuo contemplandū præbuero, quā impii quoque vident in suā ipsorum perniciē. Exiguū itaque tempus est, quū me mūdus hic nō videbit. Mors enim & sepulchrū subtrahet me cōspectibus illorū, vos tamē reuisam, meque vobis rediuiuū exhibebo. Nec enim mors

hæc

hæc distrahet nos, nec impediet quo minus vos inui-
 sam. Viuam enim etiã post mortẽ, & nõ solum ipse vi-
 uam, sed etiam vobis vitam perennẽ cõferam. Et inte-
 rim vbi rediero: viuus offendã viuos : atq; ita meam
 vitã impendã vobis, vt vos sitis incolumes. Tum ples-
 nius intelligetis, quod quẽadmodũ nulla res diuellere
 potest à me patrẽ, nec à patre me: ita me quoq; vobis
 sic adglutinatũ esse mutua charitate, vos que vicissim
 mihi, vt nec mors nos possit distrahere. Vos tantũ cu-
 rate, ne vestra culpa diuellamini. Verã charitatẽ arguet
 obseruatio præceptorum meorum. Nec enim ex ani-
 mo diligit, qui iussã negligit domini sui. Nec satis est
 accepisse præcepta mea, nisi quis meminerit: nec suffi-
 cit meminisse, nisi seruentur. Hæc qui præstat, is vere
 me diligit. Nam ob abitum meum excruciarì, nõ est
 vere dilectiõis argumentũ. Ego qui vere diligo patrẽ,
 omnia illius iussã seruo, seruaboq; vsq; ad mortẽ cru-
 cis: nec est quod vos territent mea præcepta velut au-
 stera, de ferendis iniuriis, de tollenda cruce, hæc om-
 nia condulcabit charitas, nec deerit ex me solatium.
 Etenim quisquis me diligit, diligetur & à patre meo
 & ego diligam eum : nec vnq; illum destituam, sed
 reuisam eum, meq; illi palãm intuendum exhibe-
 bo, quo certius sit, me non perisse supplicio crucis.
 Nunc omnibus conspiciendum me exhibeo, tum
 nemo me videbit, nisi qui in amicitia perstiterit.

Hæc

Hæc autem obscurius loquutus est dominus Iesus, non solum indicans quod rediituis à morte sese frequenter præbiturus esset amicis suis cōtinendum, sed etiam quod per spiritum suū semet insinuaturus esset illorum animis, ac postremo, venturus esset in gloria patris omnibus conspicuus. Iudas autem, non ille quidem Iscariotes, qui huic sermone non interfuit, sed alter Lebbæus cognomento, quum non satis intellexisset sermonem domini, verum in ærore metuq; perturbatus, suspicaretur dominum sic appariturum amicis, quemadmodum lemures ac spectra nocturnis tenebris sese nonnunquam offerunt, aut quemadmodum in somniis visa quædã occurrunt ad terrorem verius quàm ad solatium. Domine, inquit, quid accidit, quod quum nunc omnibus sis conspicuus, tunc non sis appariturus mundo, sed nobis duntaxat? Et quomodo poteris nobis esse visibilis si cæteris fueris invisibilis? Iesus autem quoniam sciebat suos nondū esse capaces eius mysterii quomodo resurgat idē corpus, quod fuerat mortuum, & humo conditum, sed iam spirituale redditum, suiq; iuris, non aperte respōdit ad id quod rogabatur, sed ad id sermonem reflectit, quod magis oportebat illorū animis infixum esse quo iā præpararētur ad spirituale domini copiā: quandoquidem nec illa, quæ post resurrectionem erat exhibenda, posset diuturna esse: Ideo, inquit, non exhibebo

bebo me mūdo, quia non diligit me, nec seruat mea
 praecepta. Si quis vere diligit me, non in amore testa-
 bitur amorem suū, sed seruandis praeceptis meis, &
 hunc ego vicissim diligā: & quem ego dilexero, dili-
 get hunc & pater, nec ab eo diuellemur vnquā, nec so-
 lum ego reuisam memorē iussorū meorū, verū etiam
 pater, egoq; per cōmunem spiritū ad eum veniemus:
 nec veniemus tantū, mox abituri, sed mansionē apud
 eum faciemus, nusquā ab eo digressuri. Quod secūdū
 spiritum fit, & perpetuum est, & efficax. Corporalis
 cōiunctio finem habeat oportet, vt contemptis his
 quæ temporaria sunt, ea consuescatis diligere, quæ
 sunt æterna, si nondum ad nos venire poteritis: nos
 inuisibili modo, sed efficaci veniem⁹ ad vos pectoris
 vestri templū inhabitaturi. Tres sumus, sed ita coniū Et mā
 cti, vt qui vnū diligit, omnes diligat oportet, qui vnū sionē
 habet, nemine careat. Tantū adsit charitas, & seruetur apud
 foedus, quod vobiscū modo pactus sum. Id vos no- eū faci
 bis sic cōglutinabit, vt nec vita, nec mors nos possit emus.
 distrahere. Si membra possunt à capite diuelli, nos se
 fungi poterimus. Multi sunt qui se prædicant dilige- Et ser-
 re deum patrē, & legis praecepta seruare videntur: sed monē
 nemo vere diligit deum, si filiū oderit, aut cōtemnat. quē au-
 Cōtemnit autem quisquis praecepta mea non seruat. distis
 Quisquis autem negligit praecepta mea negligit & nō est
 dei praecepta. Siquidem id quod docui vos, non est meus.
 sic

sic mea doctrina, vt non sit eadē patris, sed potius pa-
 tris est quā mea : vnde proficiscitur quicquid pos-
 sum, aut doceo, nihil agens, nisi ex illius autoritate, à
 quo missus sum in mūdum, vt hæc docerem quæ do-
 ceo. Atq; hæc quidem pro vestro captu loquut^r sum
 vobis, mortalis adhuc versans apud mortales, mox
 reuisam vos dies aliquot immortalis cum mortalibus
 consuetudinē acturus, cōsolandi, docendi, monendiq;
 vestri gratia. Neq; me clam est, quod hæc quæ nunc
 loquor ac mox à morte loquuturus sum, non ad ple-
 num sitis intellecturi, quod adhuc carnales sitis & ru-
 des, tamen non frustra dicuntur à me. Nam vbi cor-
 pus hoc à vobis subduxero, veniet vobis in nomine
 meo petentibus, alius consolator, non corporeus,
 quemadmodum me videtis, sed spīritus ille sanctus,
 spīrituū ac mentium sanctificator, quem pater vobis
 missurus est mihi vicariū, rogatus à vobis in meo
 nomine. Nec egebitis posthac mea præsentia corpo-
 rali, quæ pro tempore data est hominū crassitudini,
 quo per gradus proficerent ad perfectiora. Nam ille
 spīritus, quoniam meus erit & patris, omnia quæ lo-
 quor vobis rudibus adhuc & parū capacibus, ad hæc
 obliuiosis suggeret in memoriam : & quæ prius non
 intellexeratis, efficiet vt intelligatis : neq; quicquam
 vos patietur obliuisci, neque quicquam sinet ignora-
 re, quod ad salutem pertinet : ex obliuiosis reddet me-
 mores,

mores, è tardis dociles, è somnolentis vigiles, ex
 mcestis alacres, ex terrestribus coelestes. Tantum per
 seuerate in charitate, memores præceptorum meorū.
 Nec est quod interim exanimet vos tumultus huius
 mundi, quem in me videbitis exoriri, olim & in vos
 cooriturum. Sufficiat vobis, quod abiens, pacem re/
 linquo vobis, quod pacem meā do vobis. Qui meā
 habet pacem, hunc nulla mundi tempestas potest sub
 uertere. Habet & mundus suā quandam pacē, & his
 quos amat, dat pacem suam, sed hæc infida pax est.
 Mea pax quam vobis do, vos cōciliat deo. Quis au/
 tem noceat ei, qui deum habeat protectorem? Pax
 quam vobis relinquo, inmutua cōcordia conglutinans
 vos, inter vos, reddet sodalitiū vestrum inuictum
 aduersus omnia quæ potest mundus, aut satanas hu/
 ius mundi princeps. Quid igitur est quod tantope/
 re vos exanimet abitus meus, qui commodi quoque
 nonnihil vobis est allaturus? Ne turbetur igitur cor
 vestrum, neque metu percellatur. Iam audistis, & quo
 magis credatis, iterum iterumq; dico, quod abeo qui
 dem ad tempus, sed mox rediturus ad vos, interim ef/
 ficiam vt vos reperiam incolumes. Hæc tempestas in
 me solum nūc defæuiet. Mox vbi patrem repetiuero,
 rursus adero per spiritū cōsolatorē. Per eundem aderit
 & pater, nec vnquā à vobis diuellemur, donec nobi
 scum toti sitis in regno cœlorū. Mœretis qđ abeam.
 Atq

Atqui si me vere diligeretis, nimirum gauderetis, vestro simul & meo nomine : quia non ab eo quous, sed ad patrem redeo, apud illum maiora vobis impetraturus, quando pater maior est me, unde proficiscitur, quicquid vobis impartio. Si mihi metuitis, mea quoque gratia moeretur, magis conveniebat gratulari, qui subducatur ab his mundi malis, & ad patris remigrare consortium. Sin vestra causa doletis, meus abitus vobis magnam adferet utilitatem. Hæc scio me loqui, nec admodum attentis, nec admodum intelligentibus. Sed ideo redixivo peto & inculco, ut ubi quod dixi, rerum exitus comprobabit, tum credatis & reliqua omnia fore vera, quæ post euentura prædixi. Post hac mortalis cum mortalibus non multa loquar. Instat enim tempus, quod distrahar à vobis corpore. Adest per suos satellites huius mundi princeps ille satanas, summis viribus aggressurus me, ut prorsus deiciat & extinguat, Sed nihil ab eo periculi est. Nam in me nihil habet iuris, & dum se maxime victorem esse confidet, se victum prostratumque comperiet. Non habet ille ius nisi in eos, qui peccato sunt obnoxii. Quoniam autem mundus vitis obstrictus est, in mundi cultores habet tyrannidem. Nec enim morior coactus, nec ob vllum facinus, sed ut mea morte redimam mea membra à peccati mortisque tyrannide. Hoc mihi mandatū est à patre meo, & quod mandatum est, ex illius facio sententia. Proinde satis iam diu

diu sumus in hoc accubitu. Tempus est, ut quoniam
 volentes exequimur iussa patris, obuiam eamus instā
 ti mortis. Surgite itaq; , & abeamus hinc. Dominus *Surgi-*
 Iesus videns discipulos multis modis animo conster- *te, ea-*
 natos, partim incerore, quod viderent instare mor- *m? hinc*
 tem domini, quem amore quidem humano, sed vehē-
 mentissime diligebant: partim metu malorū, quæ il-
 lo digresso sibi videbant impēdere, tū autem somno
 grauatos, quem & nox cōciliabat, & augebat mœror,
 addebat & sessio torporē animis surgere iubet, ut vel sic
 excusso torpore, redderentur ad ea quæ dicturus es-
 set alacriores, simulq; per ænigma submonet, iam es-
 se tempus, ut animum erigant ab affectibus terrenis,
 ad ea quæ sunt cœlestia, à corporalib; ad spiritualia,
 à mortalibus ad immortalia: à tēporariis ad æterna.
 Voluit & illud impressum esse mentibus illorum, se
 quicquid passurus esset, præscitum ac volentem pati,
 volente quidem ita patre, sed à cuius voluntate volū-
 tas ipsius nusquam dissideret. Voluit suos quantū in-
 becillitas humana ferebat, testes ac spectatores esse sui
 supplicii, eoq; frequenter in hoc sermone repetit mē-
 tionem abitus, quo paulatim assuescerent tolerantia,
 sed interim multa admiscens solatia, quæ doloris acer-
 bitatem lenirent, quod abiret quidem, sed breui re-
 uersurus ad eos: quod abiret ad patrem, qđ inde mis-
 surus esset alium consolatorem, qui perficeret, quod

ipse cœpisset : quod ipse quoq; vnâ cum patre venturus esset, & mansionem apud eos factururus: quod hæc tempestas eos nō esset absorptura. Quin & in alium abducit locum, quod is in quo tum erant, manifestus esset, & quoniam audierant iam adesse principem huius mundi, sibi metuebant à communi periculo. In alium itaq; locum, velut ipsis tutiorem abducit, vt cætera fidentioribus animis audiant. Deniq; prædicat, quod ipsi tandem essent eodem sequuturi, quò nunc ipse præcederet. Nunc redit ad eum sermonem, quem penitus oportebat insidere mentibus illorū, quo munerat illos, vt perseverarent in charitate, & obseruandis præceptis suis, ne suo vitio sese distraherent à confortio patris, filii, & spiritus sancti : à quo Iudas iam se diuulserat, sed permanentes in foedere, domini sui dictis obtemperarent, facta pro sua virili imitarentur. Hoc autem nō posse fieri, nisi perseverarent in confortio spiritali filii : nec sibi tamen fiderent interim, aut quicquam suis viribus arrogarent, nihil enim illos valituros vnquam, nisi domini beneficio, vnde profuit omnibus quicquid ad veram salutem facit. Id quo magis intelligerent, ac tenacius meminissent, adhibita rei notissimæ similitudine, vitis, ac palmitum, rem explicat.

CAP. XV.

VT, inquit, penitus intelligatis, quàm nihil sit vobis periculi, si perstiteritis in meo confortio:

tio : quantum autem sit periculi , si deficientes à foedere, quod vobiscum pactus sum, diuellamini, memento, quod ego sum vera vitis, vos palmites, pater autem meus agricola est. Ego vel radix, vel stirps vitis sum, vos mēbra mea, ceu palmites è stirpe prognati. Pater me plantauit, nimirum qui genuit. Ab hoc stirps est profecta, vos à stirpe. Ad patrē velut ad fontem redit totius beneficii gratia, qui quicquid vobis largitur, per me ac spiritum suū vobis largitur. Succus autem stirpis qui palmitibus quoq; dat vitam ac fructificandi vim, spiritus est, patri mihiq; cōmunis. Is vt me patri cōnectit, ita vos quoq; mihi copulat. Palmes igitur quisquis mihi adhærens, meoq; spiritu vitens fructum stirpe dignum attulerit, hunc pater meus repurgabit, supuacuas amputans cupiditates, quo fructū adferat copiosiore, ac generosiore. Cæterum qui mihi quidem inhæserit per fidei professionem, charitatis autem Euangelicæ fructū nullum adferat, hūc pater amputabit à vite, velut onerosum & inutile membrū. Frustra enim est in vite, qui fructum non habet, sed folia tantum. Iam vos quidē hætenus purgati mundi q; palmites estis per sermonē meū, cui credidistis: sed post hac magis etiā purgādi, quo copiosiorē fructū pferatis. Nūc satis est insitos esse stirpi, vnde per fidē vitā hauriatis. Date operā vt maneatis in me, & ego vicissim agā in vobis ex me pēdētibus.

Quemadmodū enim palmes si diuellatur à vite sua,
 non potest ex se fructū vllum facere, quod quicquid
 habet succi trahat è stirpe, sic nec vos poteritis vlli
 boni operis fructum ædere, nisi mihi per fidem ac di-
 lectionem adhæseritis, vnde vobis proficiscatur oportet,
 quicquid ad veram æternamq̃ facit salutem: pro
 pterea quod nec vllus prophetarum vitis sit: Sed ego
 sum vnica vitis illa, cui inhæreat oportet, quisquis
 fructum salutis volet proferre. Huius vitis vos estis
 palmities, cui gratis estis insiti, gratis purgati, sed vn-
 de vestra culpa possitis excidere. Quare vobis hoc
 curandum, vt mihi perpetuo iūgamini. Etenim quis
 quis manet mihi coniunctus, me sibi vicissim coniun-
 ctum habens, meoq̃ viuens spiritu, hic aspirante pa-
 tre, copiosum fructum profert, sibi salutem æternam
 lucrificiens, & deo, cuius gratia fiunt omnia, gloriam
 apud homines concilians. Et illius gloria mea est glo-
 ria, per quem largiri placuit, quicquid largitur ho-
 minibus ad salutem æternam cōsequendam. Hoc igi-
 tur mementote, quod absq̃ me nihil boni potestis fa-
 cere. Qd̃ si quis palmes suo vitio sese à me stirpe re-
 uulserit, is non solū nullū ædit fructū, sed quemad-
 modū palmes inutilis falce amputat̃ exarescit, moxq̃
 collectus cū reliquis sarmētis exectis, in ignē conicit̃
 vt ardeat, ita destitut̃ succo spirituq̃ meo, emoritur
 iuxta mentē, etiā si viuat iuxta corpus: & post hanc
 vitā

vitā separat⁹ irrectiperabiliter à vite, cōiicitur in ignē
 æternū, semper arsurus ad suū suppliciū, qui noluerit
 in vite permanere, fructū æditurus felicitatis æternæ.
 Manebitis autem in me, si sermones mei manserint in
 vobis: si quæ creditis, tenueritis: si quæ tenetis, factis
 exequamini. Hoc si feceritis, non est quod vilas homi Et ver-
 num procellas metuatis, & si nō adero corpore, tamē ba mea
 audiet vos pater, audiā & ipse: si quicquid volueritis, i vobis
 petatis: & quicquid petieritis, impetrabitis. Quemad māserit
 modum autem ex vobis non habetis, vnde possitis
 ædere fructum, ita nō debetis benefactorum gloriam
 vobis arrogare. Quemadmodum enim ego nō quæ Et in
 siui gloriam meam, sed patris vnde proficiscitur quic hoc cla
 quid sum aut possum, ita vos omnem benefactorum rific⁹ ē
 & gratiam, & gloriā ad patrē meq; referetis. Per hoc pater.
 apud homines illustratur patris gloria, si vos viderint
 quā plurimum Evangelici fructus adferre. Quicquid
 enim ex vobis mihi accedet gloriæ, id redundabit in
 gloriam patris, cui laudem pariet apud homines si vi
 derint vos germanos esse discipulos filii: nō quod nos
 opus habeamus humana gloria, sed quod sic expediat
 humani generis salutē, quam sitimus. Charitatis est,
 non ambitionis, quod pater sic illustrari cupit apud Sicut di
 homines. Quemadmodum dilexit me stirpem pater, lexie
 itidem & ego dilexi vos palmites meos. Hoc tā ingēs me pī
 bonū gratuito donatum magna sollicitudine seruate,

ne vestra negligentia vobis pereat. Non peribitis autem, si quemadmodum ego usque ad mortem perstiti in charitate patris, semper illius gloriæ studens, ita vos perseveraueritis in charitate mea. Perseuerabitis autem si præcepta non phariseorum, non philosophorum, sed mea seruaueritis: neque vos ab his vlla mundi res, seu blanda, seu formidabilis poterit distrahere, quemadmodum ego constanter ad mortem usque seruo iussa patris mei, non recedens ab illius charitate, sed factis ipsis declarans me illius erga me charitati charitate mutua respondere, Quemadmodum igitur patri gloriosum erit, talem habere filium germanum ac sese dignum, ita gloriosum erit utriusque nostrum quod vos habeam discipulos obseruantes sermonum meorum, & factorum æmulos. Hæc tamen molestiam habent admixtam, tamen ideo tot verbis vobis inculco, ut quemadmodum ego non quæsiui gaudium huius mundi, sed in hoc gaudeo, quod obsequens iussis paternis diligor à patre, ita vos non petatis solatiū à mundo, sed meo gaudio gaudeatis, si quando meis vestigiis ingredienti, affligemini, idque gaudium maneat in vobis, semper augescens in malis meliusque, donec impleatur in perpetuam immortalis vitæ felicitatem. Erit vobis mediis in malis magno solati-

Hæc lo-
quutus
sum vo-
bis.

Hoc est præceptum meum, quod omnia complectitur quæ doceo, quod omnia
tio, mutua charitas. Phariseorum varia sunt præcepta, multa sunt & Mosis, vnū hoc est præceptum proprie
meum.

nia

nia cōdulcabit, quæ inciderint tristitia, vt ea charitate vos in mutuo cōplectamini, qua ego vos sum amplexus. Amorem meū nō dictis tantum, sed factis etiā testor nec eum vulgarem, sed eximiū, & quo maior esse non possit inter homines, inter quos nullū maius est iudicium charitatis, quā si quis vitam impendat amico. Nam sua cuiq; vita charissima est. Pecuniā aut operā qui impendāt, fortasse reperientur permulti. Qui vitam impendat amico, rarus est. Ego plus præsto, qui pro inimicis etiā vitam impendo, modo fiant amici. Et interim amicos honoris gratia voco, quos meo iure seruos appellare possem. Sed tamen vos non pro seruis, sed pro amicis habebō, si quemadmodum ego volens obtempero iussis paternis, ita vos alacres ac lubētes peregeritis, quæ præcipio vobis. Qui legis cultores sunt, merito serui vocantur, quoniā ex præscriptis variis pendēt, ac metu poti⁹ quā ex animo quod præscriptū est faciūt. Vos autē, quos à legis seruitute vocauī ad libertatē Euāgelicā post hac nō appello seruos, sed amicos: vt quos mihi non necessitas iungit, sed mutua charitas. Seru⁹ em̄ nō intelligit quid sibi velit dominus, tantum quod iussus est facere, facit, nihil magni præmiī sperans si fecerit, magno malo plectendus, si iussa neglexerit. Et ad officia singula, singulis opus est præscriptis: Vade, redi, fac hoc, fuge illud. Non enim credit herus sua consilia

Vos
amici
mei
estis,

x 4 seruis,

seruis, ideo malæ fidei, quia metuunt magis quam amant.

Vos autē idcirco dixi amicos, quia semel omne cōsi-
liū animi mei cōmunicavi vobis, ~~ut nō sit opus sub-~~

~~inde nō sit præceptis hominū.~~ Quicquid pater vos

per me scire voluit, hoc tanq̄ fidis amicis impartit. Cer-

ta sunt quæ vos docui, nec enī alia docui, quam quæ

audiui à patre meo. Mea præcepta illius præcepta sūt,

quæ seruātes illi quoq̄ eritis pro seruis amici: Quoq̄

magis intelligatis quantus sit honos huius dignatio-

nīs erga vos, non vos me vestris officiis prouocastis

ad amicitiam, ut debiti sit redamare, aut vltro venistis

ad amicitiam, ut humanitatis sit amantes redamare,

sed ego quum essetis serui legis, & alieni ab amicitia

dei, volens & vltro selegi vos ex omnibus, nihil pro-

meritos. Et in hoc delegi, ut mihi insiti per charitatē

mutuam quam erga me nō haberetis, nisi prior ipse

dilexissim vos, semper in melius proficiatis. Quem-

admodum palmes succo vitis semper alitur, latius sese

propagine spargens, ita vos quoq̄ per omnes orbis

regiones, copiosum Euangelii fructū proferatis, atq̄

ita profitis aliis, ut fructus vester vobis quoq̄ maneat

incolumis. Vitis enim vulgaris aliis fructū ædit eūq̄

nox periturum, & ideo palmites eius temporariū fru-

ctum ædunt, quoniā adhærent viti perituræ. Vos quo-

niam adhæretis immortalī stirpi, fructū adferetis nū-

q̄ periturum, sed vobis incolumem futurum in vitā

æternam

Nō vos
me ele-
gisti,

æternam. Nec interim est quod dicatis : ingens est la-
 bor obire mundum, docere gentes, perpeti malorum Vt qđ
 odia. Quid salarii, quid præsidii, quid præmi nobis cūq̄pe
 decernitur? Valeant ista mūdi præsidia. Hoc vobis om- tieritis
 nium præmiorum ac præsidiorum loco sit, q̄ quic- patrē.
 quid petieritis à patre in nomine meo, daturus est vo-
 bis. Quid est facilius, quàm petere? Quid est autem
 quod ille nō possit largiri? Quid est porro quod ille
 mea causa non velit? Nec sunt dura iussa mea. Quid Hæc
 enim dulcius, quàm amare mutuū? Qui tam sunt im mando
 becilles, quos non fortes reddat amor mutuus? Quid vobis.
 tam triste, quod nō dulce reddat mutua charitas? Neq̄
 vos illud moueat, quod dum mecum habetis amicitia,
 dum inter vos mutua charitate cohæretis, cum mun-
 do diffidium ac similitatem habetis. Imò istuc ipsum Si mū-
 vestros animos consolari debet : quandoquidem hoc dō vos
 argumēto cognoscetis vos esse vere meos discipulos odit.
 & amicos, nimirū alienos à mundo, qui totus in ma-
 licia situs est, quum vos celo destinati sitis. Ne videat-
 tur indignum vos in mūdo perpeti, quod ego prior
 vobis sum perpeffus. Odit & me mundus, non quod
 merear, sed quod arguā ac prodā illius malefacta, do- Si de-
 cens ea quæ nō cōgruunt mūdānis affectibus. Nouit mūdo
 ille suæ factionis homines, eosq̄ cōplectitur & euehit, fuisse
 vt similis amat similem, & mala scabies amat commo- tis.
 de scalpentem. Infelices igitur quibus hic mundus
 blandus

blandus est amicus . Nam hoc arguit eos alienos esse ab amicitia dei, quæ sola vere felices reddit. Quod si vos oderit mundus , agnoscite meum exemplum, & vobis ipsis gratulamini, quod à mūdi consortio sitis alieni, sed adhæreatis contubernio meo. Nam hoc intelligetis ex odio mundi, quod in earum partium sitis. Etenim si pertineretis ad mundum , si diligeretis ea quæ sunt huius mundi: si doceretis ea quæ congruunt cupiditatibus mundanis, mundus agnosceret vos ac veluti suos amaret, quoniam autem non ea sectamini quæ sunt carnis, sed quæ sunt spiritus, non inhiatis bonis terrenis, sed cœlestibus, ideo vos odit mundus non quod odio digni sitis , sed quod malo & impio dissimiles. Antea quum in crassis legis ceremoniis perfectam iusticiam cōstitueretis: quum rebus fluxis intenti nullo cœlestiū rerū amore tenebamini, mundus vos amabat, sed postea quæ ego vos ab ista factione seu uocaui, ad euangelicā ac cœlestem doctrinam, mihi quæ veluti palmites in seui stirpi, cœpit odisse vos mūdus, non ob aliud nisi quod estis mei. Atqui non alio nomine felices eritis, quæ quod mei estis. Nolite mirari, quæ innocentia vestra non tuebitur vos ab odio mundi.

Memē Mementote quod dixi vobis. Non est potior serui cōtote ser ditione, quæ domini, nec mea me innocentia tueri potuit monis ab odio mundi, quæ maior est vestra, nec meam doctrinam veriti sunt aspernari, nec meis beneficiis mitescere

tescere potuerūt, & à crudelibus cœptis reuocari. Qd̄
 ausi sunt in me, qui dominus sum ac magister, multo
 magis audebunt in vos. Si me tot insidiis persecuti
 sunt vsq; ad mortem longe probrosissimam: si toties
 conuiciis incessauerunt, & vos discipulos meos perse-
 quētur, imò me persecuētur in vobis. Si meis dictis ob-
 tēperabūt: obtēperabūt & v̄ris. Sed quēadmodū meā
 doctrinam nō tulerunt, ita nec vestram ferent, quoniā
 eadē docebitis, quæ ego doceo. Quicquid autem con-
 tumeliarum in vos ingesserint, id in me factum arbi-
 trabor. Quicquid enim horum facturi sunt in vos,
 odio nominis mei facient, mihi male dicent, quū vo-
 bis maledixerint: me reiciant, quum vos reiciant: me
 cædent, cum vos cædent. Quicquid enim in mēbra
 committitur, hoc ad capitis pertinet cōtumeliam. Et
 in me facerent ista, si præsentem haberent. Nunc quo-
 niam in me non poterunt, in vos sæuiant. Porro quē-
 admodum omnis contumelia vobis illata ad me per-
 tinet, ita quicquid aduersum meum nomen commit-
 titur, ad patris mei contumeliam pertinet: quem si ve-
 re nossent, vt sibi nosse videntur, nequaquam tantis
 probris afficerent filium. Arrogant sibi pietatē in deū
 & in filium sunt impii. Petunt salutem à deo, & filio
 moliuntur exitium. Iactant se seruare dei præcepta, &
 filii præcepta quæ tradit ex autoritate patris respuūt.
 Iactant legis scientiam, & eum quem lex prædicat,

S; hæc
 oia fa-
 cient.

non

non agnoscunt. Adorant mittentem, & eum quem misit insectantur. Nesciunt igitur deum, quē se nosse gloriantur. Et tamen hæc ignorantia non excusabit illos in die vindictæ. Nesciunt quidem, sed ideo nesciunt, quia noluerunt discere. Ideo noluerunt discere, quia magis dilexerunt suam gloriam, quàm gloriam dei. Pluris fecerunt quæstum suum, quàm lucrum salutis

Si non Evangelicæ. Quod itaq; pater fecit in ipsorum saluvenissētem, hoc sibi sua pertinacia verterunt in cumulū æternæ & locu næ damnationis. Etenim in hoc veni, in hoc missus t̄fuissem sum, vt omnibus si fieri posset impartire salutē æternam. Si nō venissem ipse qui sum filius, & quo nemo maior mitti poterat: si nō fuisset eis loquutus omnia quæ poterant illos ad meliorem reuocare mentem: si nō fecissem ea que vel saxea corda poterant ad credendū impellere, leuius certe perirent, nimirū ab hoc incredulitatis crimine liberi, cuius accessio magnā sarcinā addet eorum exitio. Nunc autem quum nihil à me sit omissum quo seruari poterant, cum ipsi pertinacibus odiis pugnarint aduersus eū qui salutē gratuitā offert nō habent quo purgent incredulitatē suā. Si quis odio prosequatur ignotū, vtcunq; videtur ignoscendū, si

Qui odit, & patrem meum odit.

habet inuisum, quem nunquam viderit. Me viderunt, & audierunt. Viderunt omnibus beneficientē, audierunt ea quæ deo digna sunt loquentē, & tamē oderunt ob ea, ob quæ debuerant amare. Porro quisquis odit me,

me,

me, non potest non odisse patrem meum, è cuius autoritate loquor, quæ loquor: cuius virtute facio, quicquid facio. Nec enim verbis solum illis sum loquutus, verum etiam factis. Illi excæcati, nec verbis crediderunt, nec factis. Et hoc ipsum illis aggrauabat damnationis malum, quod obuia dei bonitate, tam pertinaciter sunt abusi. Si non ædidissem inter illos miracula, quæ nemo prophetarum ante me prodidit, siue magnitudinem spectet aliquis, siue multitudinem, eaq; omnia nõ in terrorem illorum, sed in subsidium afflictorum, non tenerentur hoc peccato longe grauissimo. Nunc autem & audierunt, & viderunt, tantòque magis oderunt, non tantum me qui loquutus sum & feci, sed & patrem meum, qui per me loquutus est, per me virtutem suam exeruit. Mo sen nunquam viderunt, & tamen admirantur: prophetis credunt, quos nunquam audierunt. Me quem cominus cõspexerunt, quem audiere loquentem, quem experti sunt tot modis beneficum, auersantur, nec hoc cõtenti, morte afficiunt. Et interim prætexunt pietatem in deum patrem, quum qui vere patrem amet, nõ possit odisse filium. Quamquam hæc nõ accidunt fortuito, quandoquidem hoc quod isti faciunt, psalmorum vaticinia, quæ tenent ac legunt, futurum olim prædixerunt, videlicet ut per benefactis quibus debebatur gratia, maleuolentiam reponerent. Sic enim illic loquor per os prophetæ. Nõ gaudeant super

Sed ut impleatur sermo.

per

per me, qui aduersantur inique, qui oderunt me gratis. Tolerabile est, si quis prouocatus oderit aliquem: vtcunq; potest ignosci, si quis ignotum oderit, cæterum quis ignoscat illi, qui & notum, & bene merentem odio prosequatur? Sed istorum incredulitas nõ reddet irritum fructum eorum, qui mihi adhæserint.

Cū autē Cum enim perfunctus fuero omnibus quæ mihi mæ venerit dicit pater, iamq; venerit consolator ille, quem si-
paracle cut ante pollicitus sum, mittam vobis à patre profi-
tus. ciscentem, qui est spiritus suggestor ac doctor om-
 nis veritatis, ille declarabit omnia quæ dixerim, quæ
 gesserim: ex quibus liquebit & mea bonitas, & illo-
 rum obstinata cæcitas. Ille docebit nihil in me factū,
 quod non ante prædictum sit in libris ipsorum, quos
 legunt, nec intelligunt. Vos quoq; qui nunc estis im-
 becilles, tunc confirmatiores mei spiritus afflatu, te-
 stificabimini apud omnes de me, propterea, quod or-
 dine vidistis quæ gesserim, audistis quæ dixerim.
 Quemadmodum ego certa vobis retuli, nimirum
 ea quæ vidi & audiui apud patrem meum: nec incer-
 ta vobis suggeret spiritus, nimirum & ipse profici-
 scens à patre, ita & vos non dubiarum rerum, sed
 omnibus sensibus compertarum testes eritis. Erunt
 autem qui nec vobis habituri sunt fidem, sed non
 ob eos, qui suapte culpa pereunt, deferenda est salus
 aliorum.

CAP. XVI.

NEC ullis periculis oportebit deterreri à profes-
 sione veritatis Evangelicæ, quam mundus qui-
 dem omnibus machinis oppugnabit, cæterum op-
 primere nunquam poterit, quæ deo autore nititur. Vi-
 detis quæ in me mundus moliatur ob professionem
 paternæ veritatis. Ad similia perpetienda necesse est,
 vt præparetis animos vestros. Hæc ideo denuncio vo-
 bis euentura, ne putetis delicatam esse professionem
 Evangelicam: ac tum animo consternemini, cum ista
 vobis præter expectationem accidissent. Minus enim
 offendunt mala, quæ prævideris, ad quæ obfirmaris
 animū, ante quàm incurrant. Non fallam vos nec in
 malis, quæ necesse est Euāgelii gratia perpeti: nec in
 præmiis, quæ manent gnauiter suo perfunctos mune-
 re. Hoc primū occurret vobis Euangelii prædicatio-
 nem auspiciantibus. Qui religionis arcem tenere vi-
 dentur, qui legis cognitionem profitentur, vos velut
 impios & execrabiles submouebūt è synagogis suis:
 quod apud istos est probrosissimū. Mox nō hoc erūt
 cōtenti, venietur ad carceres, ad flagra. Deniq; res eò
 procedet, vt quisquis interfecerit vos, existimet se vi-
 ctimā immolare deo gratissimā. Prætexent em̄ impie-
 tati suæ pietatis imaginē, ac vere pietatis doctores, im-
 pietatis reos peragēt. Ita fiet, vt nō solū dura ppetiamini,
 verū etiā vt impii, maleficiq; ppetiamini. Sed ne vo-
 bis curę sit, quid mūdus de vobis iudicet, cōsoleť vos
 exēplū

Absq;
 synago-
 gis fa-
 cient.

exemplum meum, recordantes, quod ista inecum,
 quodque mea patrisque mei causa patiamini. Nostra hec
 iniuria est, nostrum erit & vobis certantibus opem sup-
 peditare, & victoribus premia largiri, & illis obfiste-
 re, deque pertinacibus poenam sumere, ne vos quicquam
 de vindicta cogitetis. Non enim ista committent in vos
 quod fures sitis, aut maledici, aut alioqui talibus digni
 malis, sed quia nondum ad plenum nouerunt neque me,
 neque patrem meum. Error admixtus fauoris faciet ut il-
 lorum etiam miserescat: nec tam existimetis suppli-
 cio perdendos, quam doctrina seruandos. Multos enim
 incitabit in vos religionis studium, magis errantes iu-
 dicio quam affectu. Hi resipiscunt, simul atque per vos
 innotuerit pater meus orbi terrarum: simul atque vestra
 predicatione cognouerint meam doctrinam, & spiritus
 sancti vim. Scio vos esse moestos, ob discessum meum:
 nec erat addendus moerori moeror, sed expediebat de
 his praemoneri vos, ut quum inciderint vobis haec ma-
 la, fortiter & infractis animis perferatis, dum vobis
 veniet in mentem, quod haec omnia praedixerim euen-
 tura, quod exemplo mei, quod ab impiis, quae ab igno-
 rantibus veritatem, quod mea patrisque mei causa patia-
 mini. Nec vos moueat hominum de vobis iudicium, con-
 tentos recti conscientia. Quin potius iuxta doctrinam
 meam, beatos vosipsum iudicate, quum persecuti fuerint
 vos homines, quum omne malum dixerint aduersum
 vos,

Sed
 hec lo-
 quitur
 sum.

VOS,

vos, mētētes propter nomē meum. Eiciēt vos ē sy-
nagogis, sed hoc ipsum arguet vestra nomina scripta
esse in celo. Hęc omnia sciebam vobis euētura, sed ta-
men initio quū vos mihi iungerē, his de rebus silui,
non vt fallerē vos, sed quia nondū erat tēpus: nec em̄
omnia cuius tēpori conueniunt. Corporis huius præ-
sentia pro tempore fouit imbecillitatē vestram. Nunc
quoniam instat tēpus, vt subducar à vobis, oportuit
vos palam præmoneri, quid sitis perpeffuri, quo pau-
latim consuefcatis corporalis præsentia solatio carere,
positoq; affectu humano, sumatis firmiter magis que
masculum animi robur: nec sitis similes pueris, qui
semper pēdent à sinu matrum, exanimati, si quando
contingat à conspectu parentū auelli. Nolui vos lacta-
re falsa spe: nec tamen alieno tēpore volui consternare
animos vestros. Datū est quod oportuit imbecillitati
vestrae, egicq; pro tēpore consolatorē & patronum.
Nunc abeundum est, & quū vestra causa potissimum
abeam, vt subducto corporis huius conspectu profici-
atis ad fortiora, tamē hic sermo sic exanimauit vos,
vt nemo roget aut cogitet, quò vadam, quū nō oportet
vos discrucitari, quod abeam: sed gaudere poti⁹,
quod abeam ad patrem, vnde profectus sum: iam nō
abfuturus à vobis, sed aliter vobiscū futurus. Neq; ve-
ro nesciebam, quid esset optabilius vestris affectibus.
Malebatis hac mea cōsuetudine perpetuo frui, verum

y ego

Quia
vobis
scū erā

ego malui vobis loqui, quæ cōducunt, quàm quæ iuuant: malui vos cognita veritate ad tempus affici moerore, quàm nō proficere ad firmitatem venturæ tempestati parem futuram. Et idcirco palàm quod euenturum est, nunc prædico vobis, me relicturum vos, & me subducto, vos multa passuros. Quibus perferendis vt sitis idonei, expedit vobis vt interim subducatur ab oculis vestris. Nisi enim submoto carnis cōspectu coeperitis esse spirituales, spiritus ille cōsolator, qui vos fortes reddet & inuictos, non veniet ad vos. Siquidē illi vos præparavi, ille perficiet, quod à nobis cceptū est in vobis. Deniq; per illum semp vobiscū futurus sum, & præsentius absens adero, quàm nunc adsum præsens. Nō enim in hoc veni, vt semper vobiscū agā in terris: sed ideo me deieci ad vestram infirmitatē, vt vos eueherē in coelū. Sic visum est cōsilio paterno, dispensatis temporū vicibus paulatim vos, & gradibus quibusdam ad ea quæ perfecta sunt promouere. Acquū est autē vt animos quoq; vestros ad paternam dispensationē accōmodetis. Omnia vobis cōtingent nostro beneficio, sed vestrum est adniti, vt nostri beneficii sitis capaces. Etenim si perpetuo manseritis in hoc affectu, in quo nūc estis, cōsolator ille celestis nō veniet ad vos, nimirum nōdum capaces sui muneris. Quod si abiero, vosq; neglecta corporali præsentia præparaueritis animos vestros sublimioribus dotibus, quas spiritus

ritus

ritus ille vobis deferet, tum veniet ille cōsolator à me
 missus ex patre, nūquam vos relicturus, nec vnquam
 vos destitutus, nec in vita, nec in morte: nec erit inef-
 ficax ille spīritus, sed quum venerit, plus efficiet per
 vos, quàm ego nunc præsto: non quod nō sit eadem
 potētia, sed quod sic expediat humani generis saluti,
 negotii partes in tempora partiri. Ego argui mūdū,
 ille plenius & euidentius idem efficiet. Sic enim cōuin-
 cet mūdum, vt nisi resipuerit credens Euāgelio, nullā
 sit prorsus excusationem habiturus. Nam vt illi nunc
 nostræ carnis infirmitas præbet offendiculū, ita nō
 nihil præbere videatur, quod possit incredulitati suæ
 prætexere. Videntur lassum, viderūt esuriētem & sitiē-
 tem, viderunt humilem & contemptū, mox videbūt
 afflictum, captum, cæsum, ac moriētem deniq;. Cæte-
 rum vbi perfectis omnibus, quæ ad carnis dispensa-
 tionem pertinent, viderint reuixisse, viderint sublatū
 in celos, viderint missō spīritu vos subito factos itre-
 pidos mei nominis præcones, virtutes admirandas
 emicare ad nomē meū inuocatum, exilire dæmones,
 restitui claudos, sanari ægrotos, reuiuiscere mortuos:
 deniq; nihil non euenisse quod à prophetis erat præ-
 dictum, nihil erit reliquū excusationis impiis & incre-
 dulis. Tum enim mūdus triplici nomine conuincetur
 inexcusabiliter. Primum de peccato, mox de iusticia,
 deinde de iudicio. De peccato omnium maximo,

Ille at-
 guet
 mūdū
 de pec-
 cato.

quodque cætera peccata omnia complectitur, coargue-
tur: quia quum viderint consentire prophetarum ora-
cula cum euentis: cum conspexerint tot hominū mi-
lia profiteri nomen meum: quum viderint eos qui mi-
hi crediderunt, accepto spiritu sancto loqui linguis
ignotis, clarescere miraculis, relinquere superstitionem
Mofaycæ legis, amplecti pietatem Euangelicam, dete-
stari patrum cultum simulacrorum, sed vitæ pietate
colere patrem cœlestem: pro nihilo ducere terrena cō-
moda: totos ad cœlestia rapi: quid tum habebit mū-
dus, quod prætexat obstinatæ suæ incredulitati? Si
nihil erit ommissum à patre qui misit, nihil à me qui
missus sum seruandis omnibus: nihil à spiritu sancto,
quem vtrique missuri sumus, nihil à vobis: quibus
vt organis suis vtetur ille cœlestis spiritus, quid super-
est, nisi vt omnes intelligant eos incredulitatis suæ pe-
rire vitio? Quumque conspexerint prophanas gētes,
per simplicis aquæ tincturam, ac mei nominis profes-
sionem ablui à pristina vitæ peccatis, & innocentia
donari, palam erit illos volentes ac sciētes in suis ma-
De iu nere fordibus, & peccata peccatis addere. Coargue-
sticiave tur autem & de falso vindicata iusticia. Nunc enim vt
ro. cunq; prætexunt obseruationem legis à deo traditæ:
iactant obseruatas maiorum constitutiones: præte-
xunt à maioribus traditam religionem: ieiunia, sab-
bata, preces, eleemosynas, cultus & id genus alia, quæ
speciē

speciem habent iusticiæ: ceterum ubi viderint spiritus illius vim admirabilem non contingere nisi his, qui professi fuerint nomen meum: contingere etiam idololatriis, sine legis obseruatione, quid dicent interim qui sibi iusticiam ex legis obseruatione vindicant? Frustra gloriabuntur apud homines de falsa iusticia, qui eum reiecerunt, per quem unum vera contingit iusticia. Id ita esse tunc palam erit mundo, quum spiritus ille declararit, me non esse mortuum, quem in crucem suffixerant, quem sepelierant: sed redisse ad patrem unde veneram, apud illum viuere, & iam inuisibilem ac sublatum ab oculis humanis maiora prestare per vos meo spiritu afflato, quam presens in terris prestiterim. His rebus fiet ut illorum iniusticia coarguatur, qui alibi sibi iusticiæ spem posuerunt quam in me: & dei iusticia fiet illustris, quæ bona fide prestiterit humano generi, quod olim per prophetas suos erat pollicitus. Id autem mox futurum est. Proficiscor enim ad patrem per mortem, neque diu vobiscum hoc visibili corpore versaturus sum, & tamen vobis sentietis me viuum ac potentem, nihilque non prestentem eorum, quæ sum pollicitus. Quin & de iudicio coarguetur mundus, quum passim hominibus à peccatis ad innocentiam vitæ resipiscentibus, à crassis Mosaicæ legis ceremoniis, ad Euangelicam pietatem sese conferentibus, à demonum & simulacrorum cultura totis totius orbis nationibus sese conuertentibus ad cultum

Quia

adpres

De iudicio vero.

tum patris, filii, & spiritus sancti, palam fiet principē huius mundi qui hactenus per peccatum exercuit tyrannidem, iam suis ipsius armis, victum, eiectum, condemnatumque esse: vt qui mortem meam procurauerit per quem peccata mundi tolluntur, per quem conferatur innocentia, per quem donatur libertas Evangelica, per quem datur immortalitas. Tum apparebit fuisse triumphum, quod videbatur ignominia, fuisse victoriam, quod putabatur exitium. Quum enim demones passim eicientur templis, quum ad signum crucis eiulabunt, quum ad nomen meū relinquent diu possessa corpora, nonne manifestum erit principem illorum esse cōdemnatum. Nonne conspicuū erit & illos merito damnādos esse, qui damnatū illum ac victum sequi maluerint in mortē æternam, quā me, quē deus veluti victorē in regni sui cōsortium subuexerit, omnibus innocentiae vitæque autorē? Sunt alia multa, quæ vobis poterā dicere, sed nō est huius temporis ea promere: nec vos adhuc capaces estis ob imbecillitatem, nec adhuc peractam huius meæ legationis functionē: ea spiritui vêturo reseruo. Ille vbi venerit, reperiet vos plenioris scientiæ capaces: nimirum peracta mortis resurrectionis & ascensionis meæ dispensatione. Non erit spiritus vanus aut humanus, sed spiritus erit meus, hoc est, veritatis. Is vos docebit omnem veritatem, cuius nunc ad plenum capaces nō estis. Loquetur & ille vobis,

Adhuc
multa
habeo
vobis.

vobis,

vobis, sed tacitis & arcanis flatibus. Non aere moto feriet aures corporis, sed occulta vi mouebit intima mentium. Nec loquetur incerta, sed quemadmodum ego nihil loquutus sum, quod non audierim apud patrem meum, ita ille nihil suggeret, nisi quod acceperit à patre & à me. Nec solum aperiet vobis omnem veritatem de rebus præteritis, verum etiam quoties res postulabit, quæ post futura sunt, prædicet vobis antequam eueniēt. Est enim non solum omnipotens, sed etiam omniscius. Ille per vos illustrabit gloriam nominis mei, quemadmodum ego per mortem & resurrectionem meam illustrabo gloriam patris. Nam quemadmodum in gloriam patris proficit quicquid à me geritur, à quo sum, & à quo accepi omnia: ita in meam gloriam proficiet, quicquid spiritus ille per vos gesserit. Nihil enim vobis suggeret diuersum ab his, quæ ego accepta à patre tradidi vobis. Nihil inter nos non commune omnium. A patre proficiscuntur omnia, sed nihil est illius quod idem non sit meum, nec quicquam est patris aut meum, quod spiritui non sit commune. Per illum igitur ego vobis loquar, quemadmodum per me loquutus est pater. Qui mihi credit: credit patri: qui spiritui credet, credet utriusque nostrum. Hisce tot rebus confirmati, fortem animum sumite aduersus tempestatem imminentem, & in rebus afflictis seruate vos sequendioribus quæ sequentur. Breue tempus est, quod orbabimini conspectu meo, sed id

Quia
de meo
accipi-
et.

Modi-
cum & iam
non vide-
bitis
me.

Y 4

longum

longum non erit. Post exiguum enim temporis spacium rursus reddat oculis vestris, vt paulatim assuescatis carere corporis huius cōspectu, qui vobis inutilis est. Nam ad patrē redeo, maiora vobis largiturus, vbi vobis conspicuus esse desiero. Tantus autem incertor occuparat id temporis discipulorum animos, vt toties iterata, nec intelligerēt, nec meminissent. Quum enim dominus Iesus indicaret his verbis: non admodum obscure se per mortem ac sepulturam abfuturū à cōspectu suorum: sed rursus post triduum, eodem quidē corpore, sed iam immortalī videndum esse suis, vt aliquot dies confirmatis discipulorum animis sese reciperet in cœlum: vt sublato conspectu corporis, quod illos non patiebatur esse spirituales, promererentur spiritum illum cœlestem: nec post expectarent corporalem domini præsentiā, nisi cum supremo die sese semel ostendet omnibus totius orbis nationibus, iudicaturus viuos & mortuos: tamē quod dictū erat nō intelligentes discipuli, mussitabant inter sese: Quid sibi vult hic sermo? Breue tempus est, quod me nō videbitis, & rursus breue tempus erit, quod me videbitis, quoniā vado ad patrē. Quomodo videbimus, qui se subducit ad patrē? aut quid sibi vult hoc breue tempus, quo sui vidēdi copiam nobis adinet, rursus aliud breue, quo sui vidēdi nobis copiam faciet? Obscurus est hic sermo, nec intelligimus quid loquatur.

Iesus

Iesus autem intelligens quod haberent in animo percontari se quid sibi vellet quod dixisset, præuenit illorum interrogationē, vt quemadmodū solet ostēderet sibi notas esse, quamuis arcanas hominū cogitationes. Rursum hoc conturbat, inquit, animos vestros, quod dixerim, ad breue tempus, subducendū vobis mei cōspectum, rursus ad breue tempus, reddendum vobis mei conspectum, quod perpetuo non expediat apud vos manere, quemadmodū nunc maneo, sed magis in rem vestram est, vt abeam ad patrem. Quod dixi, verissimū est. Instat tempus, quū vos ob ademptā hanc nostram cōsuetudinem, luctu, mœrore, lachrymis conficiemini, despōdentes animum, velut omni præsidio destituti. Contra mundus velut victor gaudebit, gestiet, exultabit, sed breui commutabuntur rerum vices. Nam mundi gaudium vertetur in mœrorē, & vester mœror vertetur in gaudium. Vt enim mea mors vos discruciat & Iudæos afficiet gaudio, ita resurrectio vos afficiet gaudio, contra Iudæos cōturbabit. Quare breuem istum mœrorem fortiter tolerate, spe mox sequuturi gaudii. Quemadmodū grauida mulier grauiter discruciat nitens ad partum, cæterum eos dolores magno tolerat animo, quod sciat non fore diuturnos, & mox consequuturam ex ædita prole voluptatem. Nam simul atq; pepererit, quod parturiebat, tanta est voluptas, quod mater sit facta nouæ pro-

lis,

lis, vt non meminerit doloris, quem in nixu ^{perpeffa} est, imò gaudet longam læticiam emptam sibi dolore breui. Itidem vos quoque hoc exiguo tēpore quod instat, vehementer animo discruciamini, & iam nūc in ærore magno tenemini, sed post dies pauculos vbi victor me vobis exhibuero rediuuium, magno gaudio perfundetur cor vestrum: quod quem mortuum luxistis, videatis immortalitate donatum. Luctus erit breuis, sed gaudium erit perenne. Mors enim transit, manet immortalitas. Nunc multa sunt de quibus animus vester gestit interrogare me. Tum adeo satisfactū erit animis & oculis vestris, vt nihil amplius existimetis interrogandum. Ingens enim gaudiū excutiet omnem animi molestiam, neq; quicquam præterea vota vestra requirant, vbi plus videbitis exhibitum, q̄ spe raueritis, aut optare sitis ausi. Et tamen postea quā fuero sublatus à vobis in coelum, nihil est vobis defuturum. Quid enim facilius, quā petere à patre? Quicquid autem ab illo petieritis in meo nomine, dabitur vobis. Quid opus vobis est aliis præsidiis? Pater vnus potest omnia, & ille meis amicis ac meo nomine petentibus nihil negaturus est. Hactenus obstitit vobis præsentia corporis, quo minus petieritis aliquid ab illo dignum meo nomine. Nondū enim toti pendetis à præsidiis celestibus, sed ab hoc corpore velut humano pendetis affectu. Posthac pe-
tite

tite sublatis in cœlum animis, vbi scitote me præsen-
 tem fore patronum: & quicquid postulaueritis, impe-
 trabitis, vt iam gaudium vestrum, quod post hunc, in
 quo nunc estis, mœrorem, ex reddito vobis mei con-
 spectu continget, fiat plenum ac perpetuum. Non em̄
 erunt tunc vices mœroris & gaudii, ex sublata ac red-
 dita mei copia, iuxta corporis infirmitatem, sed freti
 semper vobis parato cœlesti præsidio, semper præsen-
 tem habentes consolatorem & consultorem spiritum
 iugi conscientię gaudio fruimini in lætis pariter atq̃
 tristibus agentes gratias deo. Hæc interim obscurius Hæc in
 ac velut per ænigma loquutus sum vobis, nondum prouer
 quid dicam ad plenum intelligentibus. Sic enim ob- bñs lo-
 sequendum erat imbecillitati vestræ, vt vos quoq̃ di quutus
 scatis aliorum imbecillitati gerere morem. Sed veniet sum vo
 tempus, quum hoc corpore mortali sublato, vobis bis.
 iam firmioribus, ac mœrore posito, magis attentis lo
 quar de patre meo palàm, & absq̃ parabolarum in-
 uolucris. Nūc enim vobis quod palàm etiam dicitur,
 ob animum imbecillem, & curis occupatum veluti
 parabola est. Tandem & per spiritum meum certo re-
 nunciabo vobis, quid velit pater meus. Non enim de-
 cet vos ignaros esse volūtatis paternæ. Tū quidem ta-
 cite loquar, sed certa loquar, sed aperta loquar, si mo-
 do vos petieritis. Sed tum hoc quoq̃ suggeret spiri-
 tus cœlestis quid petendum sit, aut quomodo peten-
 dum

dum in nomine meo. Quod si feceritis, etiam si quid esset arduum ac difficile, tamen pater in gratiam meam petentibus, non negaret. Nunc non hoc dico quasi sic meo interuentu sitis impetraturi quemadmodum ab homine principe nonnunquam impetrant homines patrocínio cuiuspiam, qui gratiofus sit quod principem quod alioqui largitur non esset, nisi hoc donaret ei gratiam, qui postulantis preces commendat. Imo pater, tametsi rogari amat per filium, per quem omnia voluit largiri mortalibus, tamen volens ac lubens alioqui votis vestris annuet. Non solum ob amorem quem habet erga filium, verum etiam quem habet erga vos. Non enim sic amat filium, ut vos non amet: sed quoscunque amat filium, hos amat & pater. Amat igitur vos ~~in op~~
~~tu vestrorum gratiam~~ sed ob id, quia me mutuo diligitis quia creditis quod ab ipso profectus sum. Nam hoc est amare patrem, amare filium, & hoc est credere patri, credere filio. Non credit autem qui negat illum a patre venisse, qui negat illum ex autoritate patris dicere ac facere omnia. Ante quam venirem in mundum, assumpto quod videtis mortali corpore, iam eram apud patrem: sed vestra causa veni in mundum, ut vos in coelum eueherem. Nunc rursus obitis his, quae mandarat pater, vestra gratia, iuxta corporis praesentiam relinquo mundum & ad patrem redeo. Quicquid autem hic geritur, aut geretur, vestrae salutis causa geritur, ac geretur.

His

His verbis animatiores facti discipuli, nonnihil sibi placere coeperunt, quasi suis viribus sustinere possent imminētem domini sui mortem, respondent hunc in modum. Ecce quod in posterum te facturum pollice ris, hoc iam nunc præstas. Nunc enim absq; parabola rum inuolucro palam eloqueris quid sis facturus: nec est opus vt te quicquā præterea rogemus. Nihil enim te fugit, & istis dictis animi nostri incerorem exenu sti, nec erit opus aliis sermonib;. Nō dubitamus em̄, quin quod instat spe gaudii futuri, simus cōstantib; animis laturo. Et in hoc deniq; vere credimus, quod à deo profectus sis, quod arcana cordium nostrorum penit; habes perspecta. Porro domin; Iesus, cui mos erat acriter vbiq; cohercere, si quid humanæ arrogan tiæ:ambitionis, aut fiducię sensisset in animis oboriri discipulorū suorū, quo planē discerēt suis diffidere vi ribus, quib; nihil poterant, sed toti pēderent à præsi diis dei patris, retudit eam arrogantiam, quod quum nondū intelligerent quid dixisset, quū nondum vere crederent, nōdum essent pares instantibus procellis, tamē sibi vindicarēt, quod erat precibus postulandū à patre, respōdit hūc in modū. Quid ego audio? Qd ego post polliceor, iam firmiteribus mea doctrina, & à sacri spiritus afflatu factis, hoc nūc vobis arrogatis ante tempus, quasi virtutis humanæ præsidis possitis omnino quicquā. Imō iam instat tēpus, quo declara bitis,

bitis, quàm ex vobis ipsis sitis imbecilles, Non enim solum fortiter non perferetis tempestatem imminentem, sed me deserto solo in manibus satellitū qui me rapiēt ad crucis suppliciū, ali⁹ ali^o fugietis: adeo metu pturbatis animis, vt nō modo mihi nō sitis adhæfuri, sed ne cōsortio quidē mutuo vobis inuicē auxilio solatioq; futuri, dum sibi quisq; timebit, ne alteri⁹ indicio prodatur, aut in periculū veniat. Quanquā mihi quidē vestro præsidio nō erit opus. Ab omnibus quidē amicis meis destituar, sed tamen desolatus non ero, quia nūquam me deseret pater, Hæc ideo loquor vobis, vt vestris diffisi viribus in me conquiescatis. Mūdus magnis tumultib⁹ coorietur in vos, quemadmodū nunc in me cooritur. Sed magno sitis animo, memores, quod ego vici mūdū. Ex me sumetis exemplum, à me sperabitis auxiliū. Vincetis & vos, sed per me, vestrapte quidem natura imbecilles, sed meo spiritu fortes, & inuicti futuri, quū tempus & res postulabit.

CAP. XVII.

H Viusmodi sermonibus postea quàm Iesus partim consolatus esset discipulos suos, partim erudisset, & instruxisset aduersus imminentem malorum procellam, quoniam admonuerat fiduciam nō esse collocandam in viribus humanis, sed præsidio cœlesti, voluit & ipsa re docere suos, vt ingruentibus afflictionibus mundi, non ali^o spectarent, quā ad patrem cœlestē,

lestem, unde totos oportet pendere, qui cupiunt esse pares tolerandis persecutionibus. Igitur attollens oculos in cœlum, quo nimirum ipso corporis habitu doceret, quò foret intendendus animus, hunc in modum loquutus est. Pater nunc adest tempus mihi semper optatum, glorifica filium tuum apud homines morte, ac resurrectione, ut vicissim filius tuus te glorificet apud uniuersos mortales, & uterque per alterum innotescat. Sic enim expedit ad humani generis salutem, ut mundus per te cognoscat filium, ac vicissim per filium cognoscat patrem. Sic enim tibi visum est, ut filio traderes potestatem uniuersi generis mortalium: nec in aliud hanc tradidisti potestatem, nisi ut omnes salui redderentur, & à morte liberati, vitam assequantur æternam. Placuit enim tibi quicquid largiris hominibus, per filium largiri, per cuius mortem donas omnibus, si velint, vitam æternam. Porro vitæ æternæ fons est, ut utroque alterum illustrante, per fidem cognoscant utrumque, videlicet te, qui solus verus es deus, non solum Iudæorum, sed omnium orbis nationum, unde proficiscitur quicquid est usquam boni, & eum quem pro salute generis humani misisti in mundum, Iesum Christum, per quem donas quicquid tua bonitas donare voluit hominibus, ut utriusque nostrum habeant gratiam, tibi velut auctori summo omnium, mihi, qui ex tua voluntate functionem hanc, volens ac lubens perago. Non enim potest salutem

salutem consequi, qui patrē honoret, cōtempo filio, aut qui filiū veneretur, neglecto patre, quū vtriusq; sit eadē gloria. Ego hactenus miraculis ac doctrina mea, nomen tuum illustre reddidi in terris, hactenus obii, quod mihi mādaras, promptus ac parat⁹ ad id quod superest. Nō quæsiui gloriam meā, sed tuam, verū deieci memetipsum ad summam ignominiaē humilitatē, vt tui nominis gloriam illustrarē apud homines. Nā tua gloria nūquā in se mutatur, nec eges gloria apud homines, sed illis opus est, vt ipsis innotescas. Et nūc mi pater tu vicissim effice, vt mundus intelligat me totū receptū in eam gloriam quā habebam apud te, prius quā hic orbis conderetur. Propter corporis imbecillitatē adhuc humiliter de me sentiunt homines, de te vero magnifice sentiunt. Tua gloria sicut ex sese, nec initium habet nec finē, ita nec crescere novit, nec decrescere. Nec huius corporis assumpti imbecillitas imminuit gloriam meā, quam semp habui, semper ex te natus, sed abs te cōditus est mundus per me, vt essent qui cognoscerent, mirarētur, & amarent, potētiam, sapiētiam, ac bonitatē tuam. Nūc rursus est tēpus, vt quod conditum est, tua bonitas restituat per me. Restituetur autē, si cognorit mundus, quanta sit tua charitas erga genus humanū, cuius seruandī gratia filium vnicū in mortē tradideris, quanta potētia, qui diaboli tyrānidem fregeris, quanta sapientia, qui
tam

tam mirabili consilio, mundum abs te alienum ad te conuerteris. Iacta sunt huius rei fundamenta. Efecerunt, ut nomen tuum innotuerit iis, quos afflatu tuo exemptos à mundo mihi tradidisti. Non enim poterant eximi huic mundo, non poterant inferi mihi, nisi tua gratuita bonitas afflasset illorum animos. Tui erant, quos condidisti, tui erant quos huic negotio destinaras, & eos mihi docendos ac formandos tradidisti. Nec inanis fuit in illis tua benignitas, nec inanis fuit opera mea. Crediderunt doctrinae meae, quae te docui: nec solum crediderunt, sed hucusque perstiterunt in credulitate, obtemperantes meis sermonibus. Nam hoc cognitum & persuasum habent, quod Iudaei credere noluerunt, quod quicquid docui, quicquid gessi, ex te autore profectum est, tua virtute gestum est. Nec enim aliud illis tradidi, quam abs te tradendum acceperam, qui quicquid etiam sum, ex te sum, neque quicquam est tuum, quod non idem sit meum. Sermonem igitur meum, quem pharisaei spreuerunt, hi velut abs te profectum receperunt, cui credentes vere cognouerunt, quod abs te profectus sim, abs te missus venerim in hunc mundum. Haec enim profectum est in eis, quod persuasum habent me Messiam esse, tot seculis expectatum, quem tu ad salutem omnium credentium misisti in mundum. Nunc, quoniam eos relinquo, iuxta corporis conuictum, vicissim illos tuae bonitati commendo

z mēdo

Ego p
eis ro
go.

mendo seruandos, ne deficient, sed semper in melius proficiant. Sciunt cui debeant acceptum ferre suam salutem. Sciunt cuius praesidiis niti debeant. Ex te pendent. Ego igitur pro his rogo, quos e mundo subductos, tuos esse voluisti, ut tua bonitas quod coepit in illis perpetuum, ac proprium esse velit. Pro mundo nunc non rogo, qui malis cupiditatibus excæcatus, pertinaciter reclamant doctrinæ meæ, sibi ipsi salutem gratis oblatam inuidens. Pro his rogo, quos mihi seruandos tradideras, quia non sunt huius mundi, sed tui sunt, & aduersus diaboli maliciam non possunt esse tuti, nisi tuo perpetuo praesidio. Tuos igitur tibi pater commendo, ut perpetuo tuos esse velis, quemadmodum ego perpetuo tuus sum. Et ideo mei sunt, quia tui sunt, quod inter nos sit rerum omnium communio. Quicquid enim meum est, idem & tuum est, quicquid tuum est, idem est & meum. Quemadmodum autem tu mea doctrina glorificatus es apud homines, ita ego per horum credulitatem glorificatus sum, qui mihi constanter adhaerint, pharisæis & scribis obstinate reclamantibus. Succedent enim hi quodammodo in vices meas, ac me sublato de terris, nomen vtriusque nostrum celebre reddent per vniuersum orbem. Peregrini prædicationis meæ munus, in quod isti succedent. Iamque non sum in mundo, quem mox relinquo, cæterum hi mei loco manent adhuc in mundo, sparsuri per vniuersas orbis

bis

bis nationes, quod à me didicerunt. Ego vero relictis
 illis, ad te venio totus. Pater sancte, serua eos in prædi-
 catione tui nominis, quos mihi docendos tradidisti,
 vt ea doceant, quæ tu me docere voluisti, quæq; ego
 per omnia volūtatī obtēperans tuæ docui, vt quemad-
 modum ego à tuis præscriptis nusquam discessi, sed
 per omnia consentientem me præbui voluntati tuæ,
 ita & horum doctrina, horum vita nusquā à mea dis-
 sentiat. Sic enim vere glorificabitur nomen nostrum
 per illos, si quemadmodū nos inter nos cōsentientes,
 vterque alterum glorificauimus, ita & hi nusquam à
 nobis dissentientes, illustre reddant nomen nostrum
 in toto terrarum orbe. Quicquid enim illi docuerint,
 quicquid fecerint, quoniam intelligetur à nobis esse
 profectū, ad nostri nominis gloriam referetur. Quan-
 diu cum illis egi, secundum corporis cōsuetudinem,
 etiam corporalibus officiis studui illos seruare veluti
 tuos, & abs te mihi concreditos, & hætenus cōtinui
 illos in fœdere nostro. Quotquot mihi tradidisti,
 hos traditos bona fide custodiui, neque quisquam ex
 hoc contubernio periit, præter vnū, qui licet mecum
 viueret, meus tamē non erat, sed perditioni natus erat,
 quam ipse sibi suoapte vicio volens accersiuit. Nam à
 me nihil est præteritum, quod illum ad mentem me-
 liorem reuocare debuerit. Ne id quidē fortuito obti-
 git, sed hoc fore olim scriptura diuina prædixerat, vt

amicus & domesticus conuictor, pecunia redemptus, proderet in mortem dominum ac magistrum suum. Verum tuo sancto consilio fit, vt huius quoq; pernici-
 cies proficiat ad publicam orbis salutē, dum per hūc procuratur id, sine quo salus non poterat cōtingere, dumq; paratur exemplum, quod admoneat vnum-
 quenq; in eo persistere quod cœpit, ne quod gratuita dei bonitate collatum est ad consequēdam æternam sa-
 lutem, ipse sibi sua culpa vertat in exitium æternum.

Nunc Verum vt hæc æterno tuo consilio peracta
 aut ad sunt; sicuti voluisti, ita perfunctus his, quæ mandasti,
 te ve- relinquo mundū, & ad te venio. Sed interim abiturus,
 nio. hæc loquor apud te, non quod dubitem de voluntate
 tua, sed vt hac oratione consoler & confirmem meos,
 vt intelligant se tibi fore curæ, postea quàm mei cor-
 poris fuerint orbati conspectu, ponantq; mœrorem,
 quod intelligant me reuicturum, mox gaudeant, vbi
 me conspexerint rediuiuū, demum vbi viderint subla-
 tum in cœlum, & acceperint spiritum illū cœlestem,
 tui simul ac mei vicarium, concipiant gaudiū non tē-
 porariū, quod è corporis redditi nascatur aspectu, sed
 perpetuū ac perfectū, quod illis semper suggerat spiri-
 tus noster, inhabitans eorū pectora, vt iam nō aliūde
 pēdeant, quàm à fiducia nostri rectiq; consciētia. Gra-
 ues persecutionū tēpestates excitabit in illos mūdus,
 propterea quod mea doctrina nō conuenit cū huius
 mūdi

mundi cupiditatibus. Siquidem homines inhiant rebus terrenis & caducis, ego doceo coelestia. Hanc doctrinam abs te mihi traditam, tradidi illis, quã aspernante mundo, hi pauci amplexi sunt, & ob hoc mundus hos velut sui desertores, & ad nos transfugas odio persequitur, nõ ob aliud, nisi quod nobis adherent, mundo renunciantes. Habet hic mundus suas illecebras ad tẽpus blandientes: habet sua terriculamenta, minasq; quibus fortẽ etiã animũ frangit. His tuetur suã factionẽ, & nostrã impugnat. Aequũ est igitur, ac nostræ benignitatis, vt qui a mundi partibus descierunt ad nos, seq; totos nobis crediderunt, totiq; pendunt a nobis, curæ sint tibi, quo mũdus intelligat tu tiores esse, qui se nostris tradunt præfidiis, quã qui nituntur auxiliis mundi. Simplex illorum erga nos fiducia, meretur coelestẽ fauorem, & odiũ in nos mundi nostra causa exortum, prouocat nostram erga illos beneuolentiam. Non enim ideo sunt inuisi mundo, quod fures sint, aut homicidæ, aut raptores, aut impostores, sed quod immunes sint a vitiis huius mũdi, ab ambitione, auaritia, liuore, fraudulentiaq; pharisæorũ ab idololatria, a turpitudine cæterisq; viciis, quibus passim laborat mundus. Deniq; ideo odit eos mundus, quod spreta doctrina pharisaica, spreta stulta philosophia mundi, simplici credulitate pareant meis decretis, quemadmodum me quoq; mũdus odit, quod

tux voluntati paruerim. Nec me solum odit mūdus, sed nomen quoq; meum, ac memoriam oderit, mea q; causa profequetur odio, quicunq; contemptis humanis dogmatis, sequetur simplicem ac puram doctrinā euangelicam, propterea quod longe dissentiat à cupi-

Nō ro- ditatibus eorū, qui totis studiis amplectuntur ea quæ
go vt sunt huius mundi. Nunc ego perfunctus meo munere,
tollas. re, seiungor à mundi consortio, sic enim expedit. Nolum autem adhuc illos esse mihi comites, nondum est tempus, vt & si sustollantur è mūdo, donec & ipsi perfuncti fuerint sibi delegādo munere. Hoc tantū rogo, ne viuentes in mundo, mundi vitiis contaminentur, & a nobis desciscentes, reuoluantur in mundi functio-

Dē mū- nem. Id enim sine tuo præsidio vitare non poterunt,
do nō tot insultibus impetiti. Mihi adhærent, mei palmites
sunt. sunt, mea membra sunt. Ita fit, vt quemadmodū ego sum alienus à mundo, quoniam adhæreo tibi, ita & hi sint à mundo alieni, quoniam adherent mihi. Quē admodum ego me purum seruaui ab inquinamentis mundi, ita tu hos puros serua ab omni mundi contagio. Id fiet, si tuo præsidio perseverauerint in veritate. Mundi sapientia plurimum habet falsitatis admixtū. Mosaica lex rerū vmbriis est inuoluta, sed tuus sermo quem ego docui, pura veritas est, nō habet fucos, nō habet vmbRARUM fumos. Hanc ego pure, sincere q; tradidi, vt iam non sit opus tot interpretamentis, tot cōstitutionibus

constitutionibus pharisæorum, tot elaboratis philosophorū sophismatis. Sola doctrina mea simplex, & omnibus obuia, si modo accesserit credulitas, sufficiet ad æternam felicitatem. Quemadmodum ego tuus apostolus bona fide gessi tuum negocium abs te missus in mundum, nulla ex parte corruptus ex mundi contagio, sed mundum potius ad meam attrahens puritatem, ita & hos mei vice mitto in mundum, vt quod à me acceperunt, pure sincereq; doceant, non studentes quæstui gloriæuē suæ, sed voluntati tuæ, quo per horum testimonium plurimi pertrahantur ad vos, & à mundo separentur, qui totus in vitiis est. Huius rei gratia memetipsum victimam immolo tibi, vt & hi purgati à peccatis puri perseuerent in prædicatione veritatis euangelicæ. Non enim potest pure prædicare doctrinam meam mundo, qui mundanis affectibus fuerit obnoxius. Nec pro his tantum rogo, qui pauci sunt, sed pro omnibus, qui per meam doctrinam ab his prædicatam, mundo renunciaturi sunt, & in me fiduciam omnem collocaturi. Sic enim fiet, vt quemadmodū tuis inhærens sermonibus, abs te non diuellor quēadmodū hi meis præceptis inherētes, à me nō diuellentur sed veluti palmites viuent in nobis, veluti membra nostra animabuntur spiritu, ita & ceteri qui horum dictis inhæserint, quæ ex me accepta mundo tradent, mihi insiti, per me tibi iungantur, vt totum

corpus sibi connexum cohæreat, te radice, me stirpe,
 spiritu sparso per omnia membra, his & qui per hos
 credituri sunt palmitibus, per vniuersum orbem, lon-
 ge lateq; diffusis. Ego nihil possum sine te, hi nihil
 poterunt sine me. Quod abs te accepi, hoc in illos trãf-
 fundo per spiritum omnibus cõmunem, vt quemad-
 modũ tu vim tuam exeris in me, & ego tibi indiuul-
 sus inhæreo, ita & nos vim nostram exeramus in his,
 nobis indiuulse adhærentibus, vt mundus horum cõ-
 cordi doctrina, horum miraculis, horum castis mori-
 bus cõmotus, credat me profectũ abs te, & quicquid
 per te gessi, redeat in gloriam tui nominis, intelligat
 mundus & in his esse spiritũ nostrũ, miraculis, aliisq;
 variis argumentis exerentem vim suam. Quemadmo-
 dum enim gloriã, quã mihi apud homines ædita mi-
 racula peperere, nõ mihi vindicaui, sed patri trãscripsi,
 quẽ autorẽ semper professus sum: ita gloria, quam isti
 magnificis gestis sibi parabunt in posterũ, quoniam
 suo nomine nihil agent, sed omnia referent ad nostri
 nominis gloriam tota nostra erit. Itaq; mundus intel-
 liget talem esse cõcordiam inter illos & me, qualis est
 inter me & te. Ego per spiritum meum agam in illis,
 quemadmodum tu in me veritatem tuam exeruisti,
 ita fiet, vt ipsi quoq; velut vnius corporis membra,
 vni adhærentia capiti, & eodem vegetata spiritu mu-
 tua concordia inter sese cohæreant, vt vndique sit
 absoluta

absoluta perfectaque concordia, in coelis & in terris. Abrogat doctrinae fidem, opinionum dissensio. Si cōcordes docebunt idem quod ego docui, si vita respōdebit doctrinae, nimirum mundus intelliget, non esse doctrinam humanam, sed profectam à me, quem tu in mundum misisti. Intelliget & illos tibi charos esse voluntati tuæ obtemperantes, quemadmodum ego tibi charus sum, nusquam deflectens ab animo tuo. Pater cupio, vt quemadmodum hi, quos ex mundo sublatos tradidisti mihi, vt futuri sunt imitatores afflictionum & crucis meæ, ita sint & gloriæ confortes, vt quemadmodū spectatores fuerunt humilitatis meæ, ac testes erunt supplicii mei, ita sint & gloriæ spectatores quam mihi his malis defuncto daturus es, vt & ipsi discant per afflictiones tendere ad æterna gaudia, per ignominiam, ad immortalē gloriā proficisci. Non enim est noua gloria, quam mihi daturus es, nec est noua charitas, qua me diligis, sed ideo profers apud homines argumēta tuæ erga me dilectionis, vt qui mei volunt esse, simili via ambient amore tuum, similibus factis ad coelestem gloriā enitantur. Dilecti tibi sunt ante mundū cōditū, quos tuo amore, quos tua gloria dignaturus es. Pater iuste, à me nihil est præteritū, quo minus innotesceres omnibus, sed mundus magna ex parte suis vitiis obcæcat, noluit te agnoscere, quia mihi te docētī noluit credere. Ego vero purus à mūdo te
nouī

noui, & cognitū prædicatū. Nec omnino frustra fuit mea prædicatio. Per me cognouerūt te hi, quos in hoc delegeras, quod abs te profectus sim, tametsi pharisæi clamitant me profectū à Beelzebub demoniorū principe. Sed vt tua bonitas me miserat seruandis, si quā fieri potuisset, omnibus, ita tua iusticia nō patietur ob quorundā incredulitatē, frustrari vota credentiū. Docti, potentes, religionis proceres, tuam doctrinā spreuerunt: sed hi rudes, humiles, indocti, per me receperunt noticiam tui nominis, efficaciamq̃, vt magis ac magis eis innotescat: vt summa charitate, qua me cōplexus es, cōplectaris & illos, atq̃ illi vicissim plenius edocti per spiritū meū, & nos redamet, & se inuicem mutua beneuolentia foueant ac tueantur. Sic em̄ erūt inuicti aduersus omnes huius mundi tumultus.

CAP. XVIII.

H Viusmodi sermōe postea q̃ dñs Iesus cōfirmasset, erexissetq̃ suorū animos, & gregem suū suo patri cōmēdasset, quo planē declararet discipulis suis, se volentē ac lubentē pati, quæ pateretur, vltro proficiscitur, obuiā iis, à quibus erat capiendus. Nox enim erat intēpesta, & nisi noto loco deprehensus, capi non poterat. Ab eo igitur loco, quo hæc loquebatur discipulis, egressus est, & trāsinisso torrēte, cui nomē apud Hebræos ex re Cedron, cōtulit sese comitātibus se discipulis in hortū, nō ignorās Iudā eò venturū, cū ar-
mata

mata cohorte satellitū: quod Iudas qui prodebat illū,
 nō ignoraret, quod dñs Iesus frequenter multa nocte
 eō se solitus sit subducere orandi gratia cū discipulis
 suis. Nox enī in hoc captata est, ne quis tumultus ori-
 retur à populo, & armata manus adhibita est, ne Iesu
 comites obsisterent, quo minus caperetur. Iudas enī
 ex discipulo Iesu factus proditor, & ex comite redem-
 ptoris, factus latronum dux, cum cohorte quam acce-
 perat à pontificibus & pharisæis, quibus pactus erat
 se traditurū ipsis in manus Iesum, venit in ortū vbi cū
 discipulis orabat dominus. Adducebant autē secū fa-
 ces, ac lanternas, quo posset in tenebris agnosci, nō sine
 gladiis ac fustibus, aduersus discipulorum vim, si quis
 forte conatus fuisset defendere dominum suum. Iesus
 autem quem nihil fugiebat eorum quæ gerebantur,
 vt planè doceret se, & præscium & volentem pati quæ
 patiebatur, non expectato illorum aduentu, processit
 illis aduenientibus obuiam, vltro percontans, quem
 quærent, ne per errorem manus iniicerent in aliquē
 discipulorum. Quumq; respōdissent se Iesum Naza-
 renum quærere, respōdit intrepida voce: Ego sum ille
 quem quæritis. Aderat autem simul & Iudas Iscario-
 tes, vnā cū cohorte, qui paulo ante perfidi osculi sym-
 bolo prodiderat Iesum, quum hæc loqueretur domi-
 nus, nec prodēs interi à quo prodebat, nec verbis
 fauens in cōductitiam militum cohortem, vt ad ex-
 tremum

tremum vsq; māsuētudinīs exemplū præberet suis discipulis. Ad hanc autem Iesu vocem: Ego sum, territa cohors repulsa est in tergum, & concidit in terram, non ferens dominicæ vocis vim. Vbi receperissent animos, ac rursus pararent adoriri Iesum. Iterum percōtatus est eos dominus, quem quærerent. Quum respōdissent, quemadmodum modo responderant, se Iesum Nazarenum quærerere, rursus intrepida voce respondit: Iam dixi vobis me esse illum quem quæritis. Qd si me quæritis, in me vnum vobis facio potestatem, hos finite abire, in quos vobis per me ius non est in præsentia. Hoc ideo fecit Iesus, vt clarissimo argumento declararet nulla vi capi potuisse, nisi se capi permisisset, postea quàm semel atq; iterum sola voce, perditā & armatam militū manum, vnā cum impudenti proditore submouisset, atq; in terrā prostrauisset. Porro quemadmodum sui capiendi fecit potestatem, ita nō idem ius permisit in discipulos, quia prædixerat eam tempestatē id tēporis, in suū vnus caput sequiturā, reliquos deiciendos quidē, sed incolumes futuros, donec eos reuiferet, interī & boni pastoris imaginē præbēs, qui sui gregis incolumitatē suæ vitæ dispēdio redemit Simō itaq; Petrus, qui peculiari quodā amore dñi sui flagrabat, quoniam magnifica quædam de se fuerat pollicitus, quod suæ vitæ dispēdio redēpturus esset vitam domini, quū videret armatam cohortē iniicere

man?

manus in Iesum, oblitus eorum quæ dixerat illi dominus, subito calore percitus, eduxit gladium: nec satis expectato domini iussu, percussit seruū pontificis, cui nomen erat Malchus: sed ictus frustratus, tantū auriculam abscidit illius dexteram, domino nimirum Petri manum moderante, vt leue vulnus esset. Cuius damnum tamē mox sua lenitate restituit. Passus est autem dominus futurum ecclesiæ suæ principem in hūc errorem pio quidem affectu cadere, quo certius & efficacius in posterum eximeret omnē vlciscendī libidinem, ac ius armorū in totum excuteret, postea quā & illum obiurgasset, qui nōdum accepto interdīto, pium dominū, pio affectu, aduersus impios tueri pararet. Iesus itaq; vim quidem militum diuina virtute cohibuit à Petro, sed interim discipulum iam ad reliquum pugnæ flagrantem obiurgat, dicens: Quid agis Petre? Excidit ne tibi, quod pridem quum me dehortareris à morte, audieris, videlicet dictus fatanas, & à tergo sequi iussus? Quorsum expromitur gladius? An vt mortem meā impedias, quam volens, & ex autoritate patris subeo? Crucē meā imitari te decet, non depellere. Reconde igitur ensē tuū in vaginam. Res Euangelica nō agitur eiusmodi præfidiis. Si vis in meas vices succedere, nō alio gladio pugnandū erit tibi, quā Euangelici sermonis, qui vitia amputat, homines seruat. An nō bibā hoc mortis poculū,

qd

quod mihi pater tradidit ebibendū ? Quomodo fiet
 vt vnū simus omnes, quemadmodū ante rogavi pa-
 trem, nisi quemadmodū ego ad mortē vsq; pareo vo-
 lūtati paternæ, ita & vos obtēperetis præceptis meis?
 Hoc fermōe coercitis à pugna discipulis, cohors mi-
 litum, & horū tribunus, vnā cum ministris quos ad-
 diderant pontifices & pharisæi impias manus iniece-
 runt in Iesum, ac facinorosorum in morem ligatum,
 adducunt, primū ad Annam pontificē, Caiphæ soce-
 rum. Caiphas autē erat summus illius anni pōtifex, de
 quo prius dictum est, quod reliquis ambigentibus,
 quid esset faciēdum de Iesu, propter munus quod ge-
 rebat, prophético spiritu afflatus, suaferat eum omni-
 no tollēdum è medio, quod sic expediret in commu-
 ne, vt vnus hominis morte, toti⁹ populi salus redime-
 retur. Ad huius igitur socerum primū deductus est Ie-
 sus, vt illius oculos optato spectaculo pascerent, atque
 in huius ædibus examinaretur, si quam criminis spe-
 ciē in eo possint reperire. Quāquā em̄ animos habe-
 rent parricidales, tamen ob metū populi & præsidis,
 studebant iusticiæ speciē aliquā prætexere. Sed impiā
 hominū astutiā, diuina prudētia vertit in filii sui glo-
 riā. Dum em̄ sic capit̄, sic ducit̄ ab Anna ad Caiphā,
 à Caipha ad Pilatū, à Pilato ad Herodē, ab Herodē
 rursus ad Pilatū, dum à multis examinatur, ac multis
 nominibus accusatur, omnes innocētiae suæ testes fe-
 cit

cit ac professores, etiam inimicos. Nullum autē certi⁹ innocētiae testimoniū, quān quod ab inimico veritas extorquet. Quān vero nō dederunt æquitatis pōtificiæ specimen. Proditionē innoxii, pecunia redemerunt, per conductam armatorū manū inermem ceperunt, non reluctantē, sed tantū ædito specimine virtutis suæ, si voluisset vti, spōte se præbētem alligarunt, ducunt, non ad iudicē, sed ad hostem, veluti prædam ostentantes: atq; ibi demū crimen obiiciēdum quaeritur, quū prophanarū etiam legum æquitas nemini manū iniúciat, nisi prius criminis inuidia vehemens grauet aliquē. Huc igitur, quū duceret Iesus, Simon Petrus, quāquā à pugna prohibitus, tamē adhuc nō nihil fidens virtuti suæ, sequebatur Iesum, vnā cum alio quodā discipulo, qui paulo ante super coenā accubuerat in pectus Iesu. Is, quoniā erat notus pōtifici, fretus hac noticia, ausus est ingredi ad atrium vsque cum Iesu. Petrus, quoniā ignotus erat, non ausus est intro cōsequi, sed restitit foris ad ostiū, multū interim degenerans ab illa fortissima voce: Ego animā meam pono pro te, & tamen adhuc aliquid restabat animi masculi. Nam amoris erat, quod ausus est ad ostiū vsq; sequi, quū cæteri alius aliō se proripuisset. Cæterum, qđ nō ausus est introire, formidinis erat, ac mox sequuturę negationis preludium. Sed alter ille discipulus videns Petrum non consequi, admonuit ancillam ostiariā,

ostiarium, ut eum qui staret ante ostium introduceret. Quod quum esset factum, mulier intuens Petrum, & quasi per somnum noscens, quod aliquando vidisset eum in comitatu Iesu, praesertim cum ab eo iussus esset introduci, quem sciebat esse discipulum: Num tu quoque, inquit, discipulus es istius hominis, qui modo captus adducebatur? Ad hanc vilis mulierculae vocem, quae tamen nihil saevum aut formidabile praese ferebat, quum Petrum conferret cum eo, quem non impetebat: cum sciret esse Iesu discipulum, & ita Iesum nominaret hominem, quasi miseretur illius potius, quam indignaretur, subito oblitus omnium, quae tot verbis inculcarat Iesus, oblitus tam magnificae pollicitationis, negavit se esse discipulum Iesu. Haec nimirum est prima professio volentium principum aulis sese addicere, abnegare Christum, hoc est, veritatem. Sic ingressus Petrus, miscuit se ministris ac servis pontificis qui stabant ad prunas, & ob frigus intempestae noctis calefaciebant se, simulque cum illis se calefaciebat, sperans se ita posse latere, expectans interim quem exitum esset habiturum, quod agebatur de Iesu. Nondum enim omnem spem defugiendae mortis abiecerat, quanquam ita metu perculsus, ut nec illud ei veniret in mentem, quod dominus modo praedixerat futurum, ut fortis ille pollicitator abiuraret dominum suum. Annas igitur pontifex, quo specie aliquam legitimi iudicii praeberet, sed reuera hoc agens, ut ex

varis

Variis Iesu responsis aliquid excerpere, quod illi criminis vice posset impingi, multa percontatus est Iesum de discipulis suis, quales essent, unde esset eos natus, & in quem usum eos colligeret, & quid illos docuisset clanculum. Iesus autem intelligens eum non æqui iudicis animo percõtari, quo verum cognosceret, sed fraudulenter venari, quod criminaretur: & in discipulos interim anam captans, quos Iesus volebat adhuc esse in tuto, nihil respondit ad pontificis insidiosas interrogationes, sed à suo suorumque testimonio relegat eum ad testimonium publicum, & testimonium etiam inimicorum, quo nullum potest esse certius innocenti. Cur, inquit, me rogas, quid in occulto docuerim meos? Mea doctrina non fuit seditiosa, neque clancularia. Ego palam loquutus sum mundo. Ego semper quod docui, docui in synagogis vestris, docui in templo diebus festis, loco & tempore celeberrimo, quò ex omnibus Syriæ partibus undique Iudæi cõueniunt: nihil autem in occulto loquutus sum, quod idem non palam docere sim ausus. Toties audiit me populus, toties pharisæi. Quid nunc me tanquam de furtiva clanculariaque doctrina percontaris? Quin illos interrogas, qui me publice docentem audierunt? Illorum erit certius testimonium, qui mihi nulla familiaritate iuncti sunt, plerique etiam oderunt. Referant illi vel inimici, quid docuerim. Sciunt enim plu-

A rimi,

rimi, nec difficile erit inuenire testes doctrinae meae.
 Hæc cum dixisset Iesus, docens interim, pro veritate
 nonnunquam fortiter quidem, sed absque conuicio re
 spōdendum esse: quidam è ministris pontificis, qui
 fortè proximus astabat, non dissimilis suo domino,
 is volens tueri dignitatem sui pontificis, aduersus li
 bertatem Iesu, quemadmodum Petrus volebat tueri
 sui præceptoris incolumitatem aduersus vim militū,
 non expectato iussu sui domini, impingit alapam in
 faciem Iesu, conuicium addens, & pontifice, & se fa
 mulo dignum: Siccine tu respondes pontifici? Pote
 rat dominus Iesus & hunc impium pontificem per
 dere, & hunc impactorem alapæ cohibere, nisi vo
 luisset suis exemplum exhibere, quàm sint præposte
 ra, quàm peruersa mundi iudicia. Horum enim spe
 ctator affidebat Petrus, qui vilis ancillæ vocem ferre
 non poterat, quum dominus à famulo cæderetur.
 Porro dominus Iesus, qui mansuetissime se gessit ad
 uersus omnes iniurias, nusquam seuerior quàm in eos
 qui titulo specieque religionis oppugnarēt veram re
 ligionem, nō tulit tacitus alapam, qui crucem tacitus
 pertulit. Præsidebat pontifex, examinabatur vinctus
 Iesus, iudicii species erat. Et apud Ethnicum iudicem
 auditur vicissim, & interrogatur reus, apud pontifi
 cem pro responso dabatur alapa, & dabatur ei, qui
 iudex futurus est viuorum & mortuorum. Respondit
 itaq̃

itaque Iesus libere quidem, sed mansuetissime. Loquor apud iudicem, ei respondeo rogatus. Hic ratio nibus agitur etiam apud Ethnicos, non alapis. Si quid male dixi, doce, sin nihil male loquutus sum, quur tu iudicis minister, in iudicio, tacente iudice, nihil refellens me verberas? Annas autem quanquam pro sua malicia gaudebat Iesum esse captum, tamen quoniam nihil expiscari potuit ex eo, quo vel probabiliter conuinceretur, misit eum ut erat vinctus ad Caiapham pontificem generum suum. Sed interea dum hec aguntur procul spectante Petro, qui, ut dicere coeperam, stabat admixtus turbae ministrorum, & ad prunas calefaciebat se, erant inter hos, qui ex notis Petrum utcumque noscitate, dicerent illi: Num & tu ex huius discipulis es, qui sic tractatur a pontifice? Petrus conspecto tam immani spectaculo, magis etiam exterritus, rursus negavit se discipulum iesu. Iam enim sensit illos ex pontificis interrogatione, de discipulis etiam comprehedendis cogitare. Hac negatione Petrus arbitrabatur se futurum a periculo liberum, quemadmodum sese explicuerat ab ostiaria. Sed quo magis agnosceret, quam nihil posset ex suapte virtute separatus a consortio domini sui, stabat in reliqua ministrorum turba, quidam sanguinis propinquitate coniunctus illi, qui paulo ante in horto quam ceteris audacior primus tentaret iniicere manum in Iesum, percussus erat a Petro, & auriculae

damno mulctatus. Hic diuino cōsilio subornatus est, vt vlcisceretur cognati sui iniuriam, sed re vera Petri temerariam de se fiduciam corrigeret. Non cōtentus enim vnica Petri negatione, quoniam pugna, quam in tenebris acta, fecerat eum insignem. Quid, inquit, negas esse te de numero discipulorum istius? An non te modo vidi his oculis in horto cum Iesu? Ad hanc vocem penitus exanimatus Petrus, deuouit seipsum, si nosset hominem. Et ilico cecinit gallus. Nec hoc signo quod dominus illi prædixerat Petrus ad se rediit, nec rediturus erat, nisi dominus efficaci contuitu suo reddidisset illum sibi, tacitoque afflatu prouocasset poenitentiæ lachrymas. Tot modis erat docendus ille, totius ecclesiæ futurus princeps, vt in omnibus sibi diffideret, & ex vnus domini sui præsidio penderet. Quum igitur & apud Caipham totam noctem examinatus esset vsq; ad diluculum: nec quicquam in eo repertum esset sceleris, ob quod capitis accersi posset, ab ædibus Caiphæ pontificis, deducunt Iesum ad Pilatū præsidem, vt innoxii sanguinis inuidiam, in eum deriuarent. Ac Iesus quidem vt erat viuentus, per cohortē cōductam, deductus est in prætorium præsidis. Cæterum ipsi Iudæi non ingressi sunt prætorium, ne contaminarētur, propterea quod comedendus esset illis agnus paschalis, ad cuius esum puri volebant accedere, puerfa nimirū religione, qui se crederent

rent præsidis, quia Iudæus non erat, innoxia domo
 prophanari, quum ipsi tot artibus molirentur necem
 homini nihil commérito, imò tot modis benemerito
 Pilatus igitur ubi vidit nouam iudicii formam, captū
 & vinctum ante quàm esset auditus à iudice, armatā
 hominum manum, prodiit foras, ipse contaminandus
 eorum alloquio, qui sibi iam videbantur puri. Prodiit
 autem, vt si fieri posset, placata Iudæorū vefania libe-
 raret innoxium: Mittitis, inquit, hunc ad me capite ple-
 ctendum. Atqui non est moris Romani, quemquam
 afficere supplicio, nisi conuictum de crimine capitali.
 Quod igitur crimē huic intenditis? Responderūt Iu-
 dæi: Sit tibi satis pontificum & pharisæorū autoritas.
 Si non esset iste maleficus, quæ nostra est religio, non
 tradidissenus eum in manus tuas. Pilatus suspicans id
 quod res erat, esse aliquid priuati odii, propter legis su-
 perstitionem: Si quid est, inquit, quod ad meū tribu-
 nal non pertineat, veluti si violatum sabbatum, si gu-
 state carnes fuisse, si quid liberius dictū in Mosen pro-
 phetas, templum, aut deum vestrum, aut si quid huius-
 modi commissum est, quod vestra lex puniri iussit, quū
 non sit alioqui Romanis legibus vetitum, ipsi tollite
 ad vos hominē, & iuxta legē vestrā iudicate illū. Ego
 Cæsaris nomine præsidē ago. Si quid aduersus huius le-
 ges commissum est quod capitali supplicio dignū sit,
 adferte & legitime cōuictum afficiā supplicio. Ceterū
 A 3 vestre

vestræ legis quæstionibus me nō admisceo. Iudæi ve-
 ro tametsi quouis modo cupiebant extinctum Iesum
 tamen metu prætexunt religionē, ne mox darent pœ-
 nas iudici, q̄ innoxium & indemnatum occidissent: si-
 mulq̄ nouū supplicii genus affectabant in illo, quod
 tum apud Iudæos erat omniū probrosissimū. Nobis
 inquit, nō est phas interficere quēquā. Ista dicebat
 impudens natio, quæ tot prophetas occiderat, sibi blā-
 diens, quasi esset ab homicidio immunis, quū innocē-
 tem tot modis adigerēt ad necē, aut quasi solus carni-
 fex homicida sit, qui suis manibus suffigit in crucem.
 Animū habebant homicidā, linguas habebāt homi-
 cidas: cōduxerant proditorē, cōduxerant cohortē, cō-
 duxerant falsos testes, cōfinxerant falsa crimina: vrgēt
 ac terrent iudicē, & sibi videntur ab homicidio puri,
 digniq̄ qui vescantur agno paschali: nō ob aliud, nisi
 quod ab ingressu prætorii sese cōtinuissent. Hæc autē
 facta sunt, vt perspicuū esset nihil sceleratius peruersa
 religione, simulq̄ fieret, quod Iesus futurū prædixe-
 rat per enigma significās qua morte foret moriturus
 cū diceret. Quū exaltatus fuero à terra, omnia pertra-
 ham ad me, vt omnino intelligeremus, nō solū mortē
 illi cōstitutā fuisse, sed delectū etiā mortis genus. Pila-
 tus igitur postea quā auditis Iudæorū vocibus in-
 tellexisset, inter cetera nescio quid obiici Iesu de re-
 gno affectato; nec in Iesu specie quicquam appareret,
 quod

quod huic crimini faceret fidem, rursus ingressus est prætorium, foris relicta turba: & accersito primum ad se Iesu, ut absq; tumultu ex homine, quod ex vultu quoq; liquebat, probo & prudēte, quid esset expiscaretur, dixit: Tū ne es ille rex iudeorum, quem dicuntur expectare, Hoc vnū diligenter exquirat Pilatus, quod cetera non pertinerent ad rempublicam, ceterū hoc crimē videretur, & ad Cæsaris maiestatem, & ad publicam tranquillitatem pertinere. Exquirat autē nō quod credat, sed ut ex reo suppeditaret, quō refelleret Iudeos. Iesus autem tametsi non ignoraret hoc esse falso delatum à Iudeis, quod in Cæsaris contumeliam affectaret regnum, tamen ut Iudeorum maliciam detegeret, & Pilati subleuaret equitatem, longe meliorem pontificibus & pharisæis, tametsi prophanus esset, & Iudaicę religionis contemptor, respondit. Vtrum hoc ex te coniectas, quod regni sim affectator, an Iudei hoc nomine me detulerunt tibi? Pilatus & suā aperiēs innocentiam, & Iudeorū maliciā. Nequaquā, inquit, hoc ex me coniecto, neq; quicquam in te video congruens istī crimini: Iudeorū est ista de venturo rege fabula. An me putas esse Iudeum? Gens tua calumniatrix, & tui pontifices tradiderunt te mihi, modis omnibus agentes, ut occidaris. Sed quoniam non est Romani moris indemnatum occidere, si falsum est affectati regni crimen, quid igitur commisisti? Hęc quo-

niam Pilatus simpliciter sciscitabatur vt liberaret innocentem. Iesus illi per ænigma dignatus est respondere docens aliud regni genus esse, de quo prophetæ fuissent loquuti longe sublimius hoc regno mūdano, qđ humanis legibus, humanis præfidiis constaret, quod nihil posset nisi in corpora: sed esse regnū coeleste qđ mundi regnum non affectaret, sed contemneret: non læderet, sed proueheret in melius. Regnū, inquit meū, non est huius generis, cuius est regnum Cæsareum. Hoc terrenum est, meum vero coeleste. Nihil igitur affecto, quod affectatum lædere possit Cæsaris maiestatem. Si meum regnum esset huius mundi, nō hæc in me mūdus impune faceret, nimirum haberem & ipse more cæterorū regum armatū satellitū: haberē late- rones ac stipatores: haberē instructas copias, hæc præfidia decertarent armis pro me, ne Iudæis hoc quod moliuntur in me impune liceret. Nunc paucos habeo discipulos, & eos imbelles ac tenues, ipse inermis & imbellis, videlicet aliis nitēs præfidiis, eo quod meum regnum non sit terrenum. Hoc ænigma quum Pilat⁹ homo prophanus non satis intelligeret, audisset tamē Iesum non prorsus abnuere regis nomen, sed regni genus distinguere, dixit: Ergo ne verum est, te regem esse alicubi, quodcunq; sit istud regni genus, quod ad nos non pertineat? Hic Iesus serio rogatus à iudice, an aliquo modo rex esset, quod verum est, modeste professus

professus est: Tu, inquit, dicis me regem esse. Totidem
 em̄ verbis, mutata pronūciatione, cōfirmat quisquis
 interrogat. Nō est meū iustificari quod verū est: præser
 tim quum in hoc natus sim, & ideo venerim in mun
 dum, non vt fallam mendacio, sed vt testificer veritatem.
 Cuius simplex est animus, nec huius mundi cupi
 ditatibus obcæcatus, agnoscit, & audit vocem meam.
 Pilatus autē nec hæc quæ dicebantur intelligens, nisi
 quod arbitrabatur rem ad suam cognitionem nō per
 tinere: nec tamen daretur idonea responsio à Christo,
 qua Iudæos vel placaret, vel abigeret, quum interro
 gasset, quid esse veritas illa de qua loqueretur: & cuius
 testande gratia venisset in mundum, non expectato re
 spōso rei, rursus prodiit foras ad Iudæos: Quid mul
 tis opus est, inquit, examinaui hominem, nec vllū in
 uenio crimen in homine, capitis supplicio dignū. Nec
 ideo præsidē hic ago nomine Cæsar̄is, vt innoxii mea
 sententia condemnentur. Cæterum etiamsi noxius sit
 vobis, quod ego nō comperio, tamen æquum est, vt
 si velut innocenti nolitis parcere, tamen ob diei festi
 religionem, veluti nocenti vitam condonetis. Est autē
 hic mos apud vos, vt in hoc festo paschæ, quod à vo
 bis omnium sanctissime colitur, vnum aliquem è nox
 centibus, condonem vobis flagitantibus. Vestrum
 igitur erit vnum è duobus eligere, Barrabam nobilē
 latronem, & publicæ tranquillitatis conturbatorem,
 au

an hunc Iesum, hominem meo iudicio innoxium, quem quidem dicunt esse regem Iudæorum. Præstat enim, ut hic etiam si quid admisit, sentiat vestræ sollemnitate gratiam. Vultis ne igitur, ut hunc vobis condonem? Non enim expectabat præses tantam Iudæorum versaniam, ut palam facinorosum, notæque audaciæ latronem, Iesu mansuetissimo, & innocenti præferrent. At Iudæi magno vocum consensu clamarunt omnes: Nō istum volumus nobis donari, sed Barrabam.

CAP. XIX.

Præses ubi tentatis omnibus (Nam Iesum & ad Herodem per occasionem ablegarat, nullum non mouens lapidem, ut vel a reo semet explicaret, vel absolueret innocentem) perspiceret sese nihil proficere apud furentem Iudæorum populum, iuxta morem Romanum iussit Iesum virgis cedi. Porro milites qui aderant in atrio, quorum plerosque Iudæi ad sæuitiæ ministerium conduxerant, de suo ingenio multam crudelitatem adiecerunt solenni supplicio, Nam cæso ludibrii causa induxerunt chlamydem purpuream, & coronam è spinis contortam imposuerunt illius capiti, tradita in manum sceptri vice arundine: mox velut regnum affectatum exprobrantes homini humili & contempto veniebant ad eum, & flexis genibus dicebant: Ave rex Iudæorum. Quin & faciem illius conspuebant, & impingebant alapas, ad omne ludibrii genus sese

se se ināfuetissime præbente rerum omnium domino, quò nos qui cum nihil sumus, tamen animos excelsos ac præferoces gerimus, doceret lenitatem, & in malis tolerantiam. Hæc autem passus est Pilatus fieri in Iesum, vt Iudæorum odium, hac hominis afflictione placaret. Solet enim populi furor, si fuerit aliquo vsq; debacchatus in eum in quem fertur, subito conquiescere, præsertim si ludibrium additum calamitati, pro inuidioso reddat miserabilem eum qui passus est. Præses itaq; rursus prodiit foras, tētaturus, an posset multitudinis sæuitiam mitigare: Ecce, inquit, adduco vobis hominem foras, vt eius spectaculo fatietis oculos vestros, & intelligatis quomodo tractatus sit in vestrâ gratiam, quum ego nullum crimen inueniam in eo. Prodiit itaq; Iesus iussu Pilati, sicut erat ornatus, vincētus, cæsus, consputus, gestans spineam coronam, & vestem purpuream, & exhibens eum Pilatus ait: Ecce homo adest. Sed hoc spectaculo, quo quantavis barbarorum feritas poterat mitescere, non solum nō sunt mitigati Iudæorum animi, sed magis etiam accensi sunt, vt quod hætenus successisset, perficerent. Metuebant enim pontifices, ne si tam atrocia passus dimitteretur, post versis populi tum concitati sturdii in ipsorum capita recideret huius immanitatis inuidia. Pontifices itaq; cum suis ministris in fano tumultu clamabant: Crucifige eum. Pilatus intel-

ligens

ligens ex captata misericordia nihil esse spei, metu tentat furorem illorum cohercere: Ego, inquit, iuris administrator sum, non alieni odii vindex, & nocētes ex legum autoritate punio, non sum innocentie carnifex. Hactenus seruitum est odio vestro, non ultra sæuiam in innoxium. Quod si certum est illum in crucē agere, nolim hoc meum prætorium impiari innocentis hominis sanguine. Vos hominem vestro periculo abducite, & si videtur, crucifigite: ego non soleo crucifigere, nisi facinorosos. In hoc nullum inuenio crimen cruce dignum. Nam quod de regno obiicitur crimē, in hunc talem non competit. Nec satis est reo crimen obiicere, nisi certis argumentis probetur, quod obiectum est: præsertim quoties de capite hominis agitur. Hæc tota res non legitimo more, sed per tumultum geritur. Iudæi quum audirent præsidem tanto studio patrocinantē Iesu, nec omnino cōmittendum ducerēt vt aliquo pacto Iesus elaberetur è manibus, crimē cōmenti sunt, quod apud iudicem imperitum legis graue videri posset: Quamquā, inquiunt, nihil cōmisisset aduersus leges Cæsareas, tamē nos legē habemus à deo traditam, quam Cæsar etiā nobis relinquit, & secūdū hanc legē cōmeruit mortē, quoniā se fecit filiū dei, & sibi diuinitatē arrogans, in deū fuit blasphemus. Hoc quum audisset Pilatus nec esset in promptu, quod illis responderet, reduxit Iesum in prætorium: & ipse
 ingressus

ingressus, iterum alloquutus est illum, cupiens expiscari quid esset hoc quod obiterent, & quò posset refelli. Rogat igitur primū, vnde esset, vt cognita gentis origine refelleret quod affectasset videri filiū dei: quāquam apud Ethnicos tum fabulis poetarum erat proditum, & vulgo credebatur, quosdam ex deo & homine natos semideos haberi. Iesus autē sciens Pilatum hæc omnia tentare, quò tandem vitam illucrifaceret, nec ignorans futurum, vt omnib⁹ tentatis obstinato Iudæorum furori cederet, ne videretur omnia conatus vt elaberetur, nolens ad mortem adactus fuisse, nihil omnino respondit præfidi. Nam quod hætenus responderat, innocentiam suam testatam esse voluit, mortem autem volens ac lubens oppetere decreuerat. Pilatus admiratus hominis silentium, in capitis periculo, quū iudicē haberet tam fatientē, vt eum ad respondēdum prouocaret: Quir mihi, inquit, nō respondes in capitis periculo constitutus? An nescis mihi ius vitæ ac necis esse in te? Sum enim præses huius regionis, si forte nescis, & ex mea volūtate pēdet, vtrum suffigaris in crucē, an libereris à causa. Ad hæc nihil respōdit Iesus eorū quæ expectabat præses, qui ad causæ defensionem cupiebat instrui, pro iudice futurus patronus. Verum quoniam ea res speciem præbisset, quasi nō volēs pateretur nihil huiusmodi, tantum de potestate, quā sibi Pilatus arrogabat, respōdit, subin-

subindicans nec illi liberum esse absolueri, quū illius potestas seruire cogeret furori Iudæorum: nec illos autem, nec ipsum quicquā in se valiturum, nisi spōte volensq; pateretur. Habes, inquit, tu quidē potestatem iuxta leges humanas, sed in me nullam haberes potestātē, nisi permissum esset ab eo, cuius potestas superat omnem humanā potestatem. Et faues tu quidē innocētiae, sed tamen aliorū improbitas aliō vitium te rapit. Propterea populus Iudæorū, qui huius mortis autor est, suāq; violētia iudicē perpellit ad hominis innocētis cōdemnationem, grauius peccat. Hoc audito Pilatus, quū intelligeret hominis & modestiā, & innocētiam, & Iudæorū maliciam, & suam æquitatem nō esse reo ignotā: cui hoc magis fauebat, quod videret eum nec mortis periculo cōmoueri, tentabat omnes vias, vt aliquo pacto Iesum absolueret. Id sentientes Iudæi, quod crimen illud prius ex lege intētatum negligeret præses: nec cessaret hoc agere modis omnib; vt Iesus dimitteretur, ad prius crimen redeūt, quod ostendūt nec ipsi iudici tutum negligere. Si nihil, inquiunt, ad te pertinet quod peccauit in deum nostrū, certe hoc ad te pertinet, quod peccauit in Cæsare. Quisquis sibi vindicat regnū iniussu Cæsaris, Cæsaris lædit maiestātē. At iste se regē facit: quod si hūc absoluis, nō es amicus Cæsaris, qui faueas Cæsaris hosti. Hæc quū audisset occlamātes cōiuratos pōtificates,

ac

ac phariseos, reliquamque multitudinem, tametsi non ignoraret esse vanissimum quod intentabatur, tamen quoniam perspiciebat implacabile sacerdotum & phariseorum odium in Iesum, tum mirum primorum ac populi consensum in unius hominis perniciem, simulque videret Iesum innoxium quidem, sed humilem ac tenuem, sibiipsum deesse: cogitans interim & illud, apud Cæsares, multos quamlibet falsi criminis invidia fuisse periclitatos, iamque visus sibi satis adnixus aduersus conspiratos totius gentis primores ac populū ad unius humilis hominis tuendam innocentiam, decreuit illorum odio seruire, sic tamen, ut Iesum condemnando absolueret, & suam innocentiam præfatus, impii facti invidiam in Iudæorum capita referret. Productus est igitur Iesus foras veluti reus, quum in eo condemnando nullius legitimi iudicii species esset obseruata. Pilatus sedit pro tribunali, in loco ædificato, ut omnibus esset conspicuus, cui hinc nomen Hæbræis gabata, Græcis autem dicitur λιθόστρωτος, quod lapide stratus esset. Sic enim conveniebat solennem ac publicam esse Iesu condemnationem, ne quæ lateret eius innocentia. Sic enim condemnari, absolui erat, traditus est Iesus ad crucem, sed in Iudæos pronūciatum est à iudice. Iam autem appetebat tempus, ut iuxta festi diei rationem innocens sanguis pro mundi salute immolaretur. Erat enim parasceue paschæ, hora ferme sexta, quò magis urgebant Iudæi,

dæi,

dæi, diuinæ dispensationi per ignoratiam subseruiētes, vt mature suoq; tempore perageretur hoc sacrificiū. Pilatus itaq; iam iudicis habitu conspicu⁹ populo, e⁹ tribunali demonstrat eis reum, vt vel ex ipsa specie liqueret, quā in eum nō competeret affectatæ tyrānidis crimen, qui sic affectus, tantam animi tranquillitatem, tantam māsuetudinē præ se ferret: Ecce, inquit, rex vester. At Iudæi nihil aliud sitientes, quā sanguinem innoxium, clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Placebat Iudæis ignominiosa mors, sperātibus fore, vt crucis ignominia, prorsus abominabilem redderet Iesu memoriā, nec vllum post exoriturū, qui nomen illius sic extincti profiteretur. Pilatus irridens illorū pertinacē insaniam: Quid, inquit, an regē vestrū tanta afficiam ignominia, vt sic suffigam in crucē? Hoc dedecus recidet in gentis ignominiā, quæ regem suū ad crucem adegerit. Hęc vox Pilati, quāquam nō profecit Iesu, tamē prodidit Iudæorū maliciam, & extorsit seruitutis iniustæ publicam professionē. Messiam suū, hoc est, regem à prophetis promissum, multis seculis expectauerant: Cæsarīs regnū, quo premebant^r, misere oderant, tamē odiis efferati, publice Messiam suum abnegant, & Cæsarē dominū agnoscunt. Non habemus, inquit, regē nisi Cæsarem. Tāta erat vlciscendi libido, vt sese vltro in æternam seruitutē addicerēt, quo Iesum libertatis autorē extinguerent. Pilatus igitur

tur

tur videns omnia frustra tentari, tradidit illorum arbitrio Iesum, ut crucifigeretur. Acceperunt Iudæi Iesum productum e prætorio, quem duxerunt ad locum supplicii, qui erat extra ciuitatem, ut locus quoque responderet figuræ. Nam victima, qua consecrabatur testamentum, extra septa populi immolabatur. Huc ibat Iesus, iam suis indutus vestibus, quo magis esset omnibus probro, qui fauerant ei, ipse sibi humiliter crucem baiulans, nam & hoc procuratum est à Iudæis, ne quid ignominie deesset. Quin & locus infamis delectus est, in quo ex more scelerosi supplicio plecti consueuerunt, passim iacentibus extinctorum ossibus, funestus & execrabilis, nimirum præ se ferens, cui rei dicatus esset, & ex re nomen erat inditum vulgo. Nam Hebraice dicebatur Golgotha, Græce κρανίου τόπος, Latine Caluarie locus. Et ne quid superesset ignominie, procuratum est & hoc à Iudæis, ut simul alii duo palam facinorosi crucifigerentur cum Iesu, ut nocens ex flagitiosorum consortio æstimaretur, videreturque crimen esse commune, quibus erat commune supplicium. Atque ut profus ad illorum societatem pertinere videretur, sic ordinarunt Iudæi cruces, ut medius esset Iesus, hinc atque hinc septus latronibus. Sed nescit humanis sordibus inquinari fons omnis puritatis. Illustratur etiam hominum probris fons omnis gloriæ. Crux ante probrosa, per
B illū

illum facta est triumphale signū, cui mundus inclinat caput, quod adorant angeli, quod tremūt dæmones. Inuenit illic cōdemnat⁹, quem ex latrone faceret paradisi ciuem : tantū aberat, vt supplicii societas cōtaminaret ipsum. Ne quid autē ad iusti supplicii speciē deesset, additus est ex more su⁹ cuiq; titulus, qui & psonam indicaret, & crimen. Pilatus autē cū cæteris suos pro meritis addidisset titulos, cruci domini Iesu titulum hūc iussit affigi : Iesus Nazaren⁹, rex Iudæorū, quo nimirū ipsa etiam inscriptione testatā faceret & Iudæorū maliciam, & pēdentis innocētiam : in quem is titulus iuxta Iudæorū accusationem nō cōpetebat, & tamē iuxta id quod apud præsidē fuerat ipse professus, maxime cōpetebat. Siquidem iudæus Hebræis sonat cōfitemem. Erat autem & est vere rex ac liberator omnium profitētium nomen ipsius, quib⁹ largitur cōsortium regni celestis. Hūc titulū quo magis grauaret inuidia pontifices, & pharisæos, curauerat Pilatus triplici lingua describendum, Hebraice, Græce, & Latine : quarum prima erat illius gētis peculiaris : alteræ duæ ob frequens Græcorū & Romanorū cōmerciū sic erant inuectæ, vt pleriq; iudæi quoq; Græce Latineq; scirent. Cautū est igitur a præside, ne quisquam vel idigena, vel peregrin⁹ titulū ignoraret. Hāc inscriptionē pharisæis inuidiosam, ob loci frequētiam, quod vrbi vicinus esset Golgotha: & vel casu prætereūtib⁹ cōspici

conspicuis, multi Iudæorū legebant, & pleriq; Iesu Nazareni nomen agnoscebant. Quantū autem abfuisset, ab affectato regno plurimi nouerant, qui viderāt illum abdere sese quū ad regnum pertrahendus esset. Expectabatur autem vulgo Iudæis rex ille promissus à prophetis, quem illi Messiam vocant. Hoc quū negligeret Pilatus, tamen imprudens eum dedit titulū, qui maxime demonstraret omnib⁹ quis esset ille qui pendeat. Pēdebat enim vere rex ille regum, qui morte sua debellabat diaboli tyrānidem. Trophæum potius diceret, quā crucem. Quum omnia viderentur ignominie plena, pontificibus, scribis, & pharisæis, tamen hæc inscriptio mouit animos illorū, quod honorificētior esset, quā vellent: tantū erat impiis studium abrogandi nominis, cui vni debebatur omnis totius mūdi gloria. Agunt itaq; cum præside, de mutando titulo, ne scriberetur rex Iudæorū, sed quod sibi nomē hoc vsurpasset. Præses autē quanquā imprudens illud iam tum præludebat futurū, vt salutiferi nominis professio, quam falso dicti Iudæi abnegarent, ad gētes credulas, hoc est, ad veros Iudæos demigraret: in cæteris igitur hæten⁹ morigerat⁹ illorū odiis, negauit se titulū mutaturū: Quod scripsi, inquit, scripsi. Siquidem in rem omnium erat occidi Christū, sed rursus in re omnium erat, nominis illi⁹ gloriā toto orbe celeberrimā reddi, cuius professione salus omni-

B 2 bus

bus deferretur. Ergo cum hoc titulo suffixus esset in crucem dominus Iesus, nudo corpore, quemadmodum mos erat, milites qui crucifixerant eum, ex consuetudine partiebantur inter sese vestimēta Iesu. Nam hoc illis cedebat velut in operæ præmium. Cum autem essent quatuor, reliquum vestitum, quoniam ex variis partibus erat confutis, sic dissuerunt, ut suam quisque portionem ferret. Supererat autem tunica, vestis, nimirum interior, & corpori vicinior, non illa quidem confuta, sed ita contexta à summo vsque ad imum, ut dissuta, futura esset inutilis. Visum est itaque militibus, ut hæc non scinderetur, sed ei tota continueret, cuiuscumque fors fauisset. Hæc autem tametsi prophanis animis à militibus gererentur, tamen imprudentes subseruebant vaticinio prophetarum, ut hinc etiam agnosceretur is esse, de quo prædixerat spiritus diuinus in psalmis: Partiti sunt inter se vestimēta mea, & super veste mea miserunt sortes. Et hæc quidem gesta sunt à militibus, adhuc viuo pēdente domino. Cæterum astabant iuxta crucem Iesu Maria mater eius, & huic adhærens soror Cleophæ filia, vnā cum Maria Magdalene. Iesus igitur de cruce conspiciens matrem suam, simulque discipulum, quem cæteris familiaris dilexerat, ne quid affectus humani relinqueret in terris, quemadmodum distributis vestibus, rerum nihil reliquerat, versus ad matrem, ait: Mulier, ecce filius tuus,

tuus, capitis & oculorum nutu discipulum designans. Mox ad discipulū versus: Ecce, inquit, mater tua. Atq; ex eo tempore discipulus ille suscepit erga Iesu matrē affectū filii, per omnia curam illius agēs. His peractis, quū Iesus sciret nihil superesse, quod ad legitimā victimam pertineret, vt hoc quoq; accederet, quod propheta prædixerat: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potarūt me aceto, clamauit de cruce: Sitio. Solent autem qui hoc supplicii genere moriuntur, vehementer discruciarī siti, videlicet sanguine per vulnera corporis exhausto. Nimirū & hoc faciebat ad declarandam humanæ naturæ, suppliciiq; non simulati veritatem. Aderat autē illic vas acido vino plenū, quod sitientibus porrigi solet ob mortem accelerandā. Milites igitur spōgiam acido vino impletam, & impositā hysopi ligno, admouerūt ori eius. Simulatq; vero gustasset acetum Iesus, dixit: Consummatum est, significans rite peractum sacrificium, iuxta patris voluntatē ac mox inclinato capite, reddidit spiritū. Atq; hic operæ precium est audire, rursus præposteram ac peruersam Iudæorum religionem. Innoxium, benemeritū, sceleratis odiis, impiis modis adegerunt in crucem, nihil deterriti à tam immani facinore diei festi religione, cæterum de tollendis è cruce corporibus superstitione laborant Iudæi: Pilatum adeunt, vt ipsius iussu crura frangerētur pendentibus, quo mors accelera-

B 3 retur,

retur, deinde cadauera tollerentur è medio, ne conspe-
 ctu sui diem festum funestarent. Erat dies ille magnus
 qui ab apparatu sacrorum Græcis parasceue dicitur.
 Iam enim homines religiosi, peracto tam crudeli faci-
 nore, perinde quasi re bene gesta, ad Mosaicam victi-
 mam pure celebrandam intenderant animum, ignari
 quod paschalis agnus ille verus iam esset immolatus.
 Adeo pestifera res est pietas in rebus corporalibus sita,
 quæ cū animi pietate coniuncta non sit. Annuente
 itaq; Pilato, milites vtriusq; latronis crura fregerunt,
 quos adhuc viuentes reppererant. Porro cum ventum
 esset ad Iesum, quoniam viderunt illum iam exanimē
 superuacuum esse putantes, non fregerunt illius cru-
 ra. Nam in hoc frangebantur, vt cito moreretur qui
 pendeat. Sed astabat inter milites quidam, qui, quo
 certior esset mors domini Iesu, lancea perfodit latus
 eius, ac protinus ex vulnere profluxit sanguis & aqua
 magno mysterio declarantes, quod eius mors nos
 ablueret à peccatis, & quod eadem vitam nobis lar-
 giretur æternam. Nam baptismus aqua constat, in san-
 guine vita est hominis. Præter naturam autem est,
 vt è corpore vulnerato fluat aqua. Sed qui vidit ocu-
 lis suis, testatus est, & scimus verum esse illius testimo-
 nium. Nouit & ipse Iesus quod testis ille vera prædi-
 cat, ne quis vestrum dubitet credere, quod alioqui vis-
 deretur incredibile. Hæc autem tametsi casu geri vi-
 debantur

debantur, videlicet quod pro cruribus frangendis, latus illi perfossus sit: tamen diuini consilii dispensatione gesta sunt, vt hac etiam in parte prophetarum oraculis, rerum euentus responderet. Nam inter cæteros ritus, quibus in Exodo Moses docet celebrandum esse phase, nominatim & illud præscripsit, vt agnus ille sic occideretur, ne quod os illius confringeretur. Hac nimirum nota, declarabat Iesum esse verum illud phase, cuius imaginem agnus ille Mosaicus gesserat. Huius enim sanguis credentes seruat à morte: huius mysticus esus nos ab Aegyptia seruitute, hoc est, à mundi cupiditatibus, & peccati tyrannide liberos transmittit in terram coelestem. Rursum per Zachariam spiritus ita loquitur: Videbunt in quem compunxerant. Nam olim cum eodem corpore venturus, quo pependit in cruce, tametsi iam glorioso, tamen vestigium vulneris ostendet omnibus, & fontem frustra apertum incredulis exprobrabit, cuius profluxu sanari poterant. Itaque morte iam multorum experimēto certa cōpertaque, supererat, vt sepultura resurrectionis fidem multis modis confirmaret. Christus autem quemadmodum omnem vitam humilem esse voluit, ita sepulturam voluit esse magnificam: non vt nos doceret sepulchri curam agere, sed vt peractis his, quæ pertinebant ad dispensationem humilitatis, iam ad resurrectionis gloriam præluderet. Tum autem honos

vino exhibitus, nou caret vel suspicione, vel periculo: ceterum honor, qui vltro defertur mortuo, certissimū est virtutis testimonium. Ioseph igitur vir nobilis, ac potēs, Arimathiensis patria, qui & ipse fuerat discipulus Iesu, sed occultus ob metum Iudæorum, qui legē sanxerāt, vt quisquis se profiteretur discipulum Iesu, submoueretur è synagoga, adiit Pilatū, cui notus erat petiitq; ab eo, vt sibi liceret de cruce tollere corpus Iesu. Pilatus explorato prius an esset mortuus, permisit. Abiit igitur Ioseph ad crucem & corpus deposuit. Accessit interī funeralis adiutor officii & Nicodemus ille, vir inter pharisæos præcipuæ nobilitatis, & ipse clancularius Iesu discipulus, qui prius noctu venerat ad Iesum, quemadmodū ante narratum est, vitās pharisæorū inuidiā. Hi scientes, quod liuor soleat à morte cōquiescere, freti fauore præsidis, audēt mortuo supremum honorē exhibere, quem viuū palàm cōuenire nō audebant. Attulit autē Nicodemus vnguentū ex myrrha, & aloë mixtū, ad libras fermē centū, quantum corpori magnifice cōdendo sufficiebat. Sublatū igitur Iesu corpus cōmuni officio, vndiq; aromatis obleuerunt, & oblitum linteis circumligarunt, ne deflueret vnguentum. Nam hunc in modū mos est Iudæis sepelire corpora, ne putrescāt. Atq; hoc honoris deferebant domino Iesu, velut homini magno & integro, ne quis existimaret eū, ob maleficia mortuum fuisse.

fuisse. Nihil enim adhuc altius de illo sentiebant, nisi quod vir innocens ac probus deoq; charus fuisset cuius memoriæ deberetur hoc honoris quod perisset oppressus invidia virtutis, quod ferè summis viris solet accidere. Atque hic apparatus inibi perfectus est ne quis suspicari posset corpus fuisse mutatum. Atq; inibi sepultus est dominus, in horto qui proxim⁹ est loco crucis. In horto erat monumentum novum, nuper è solido lapide excisum, in quo nullum adhuc corpus fuerat reconditum. Et hæc tametsi casu geri videbantur, ad resurrectionis fidem facebant. Non enim poterat suffossum videri sepulchrum, quod in solida rupe fuerat excisum, nec aliis credi poterat ex eo resurrexisse, in quo solus erat repositus. Nec hoc tamen agebant Ioseph & Nicodemus, qui non sperabant resurrecturum, verum diei festi Iudaica religione mouebantur. Erat enim parasceue Iudæorum, quo fas non erat operari. Proinde, ne corpus relinqueretur insepultum, minimo negotio in proximū monumentum reposerunt. Quia & Iudæorum diligentia, seruiuit ad fidem resurrectionis futuræ. Nā hi custodibus a Pilato impetratis curarūt obsidendū monumentū, ne quis clanculū corpus subduceret: nec hoc cōtenti, saxū ingēs, quo claudebatur os monumenti, obsignarūt, nulla ex parte Iudeorū malicia nō eua dēte in gloriā Christi, cui⁹ nomē conabātur abolere.

AC cæteris quidem discipulis partim metu, partim desperatione perculsis, nulla erat cura fune-
ris. Cæterum discipulas aliquot eadem habebat sollici-
tudo, quæ tenuerat Ioseph & Nicodemum, sed diei
festi religio continuerat illas ab opere parandorū aro-
matum. Porro simul atq; præterisset sabbatū pasche,
noctu paratis vnguentis, primo die sequentis sabbati
prius quàm planè diluxerat, Maria Magdalene venit
ad monumentum. Quæ cum vidisset saxum, quo fue-
rat occlusus aditus monumenti, submotum, ac patere
sepulchrum, nihil aliud suspicata est, quàm corpus no-
ctu fuisse sublatum ad iustam sepulturam. Nam illic
pro tempore positum fuerat corpus, veluti mox iusto
funere decorādum. Perturbatis enim morte certa do-
mini, spes illa resurrectionis exciderat omnibus. Resi-
lit igitur à monumēto nōdum inspecto Maria, & cur-
riculo venit ad Simonem Petrū, apud quē erat & ille
discipulus, quē diligebat Iesus, ait q;: Sublatus est do-
minus à monumento, nec scio quō transtulerint eum,
qui sustulerunt. Ad hanc vocem excitatus vterq; pro-
diit foras. Spes fanè perquàm tenuis habebat illos, ta-
men ingenti sic dilecti præceptoris desiderio teneban-
tur. Itaq; simul cursu contendunt ad monumentū, sed
discipulus ille Iesu, dilectus vicit Petrū cursu, priorq;
peruenit ad monumentū. Quumq; repperisset ostiū
apertum

apertum, non ingressus est quidē, sed circūflexo corpore prospexit in monumentū, si vacuū esset, viditq; corpus esse nullum: sed lintheamina relicta aromatibus oblita, quibus corpus fuerat obuolutū, simulq; sudarium quo contactū fuerat caput Iesu, non admixtum lintheaminibus, sed conuolutū ac separatim positū, vt facile liqueret, corpus non esse sublatū à furibus, qui totū corpus vt erat obuolutū potius abduxissent, cū aromatibus, lintheis, & sindone, si non ob precii rerū, certe ob id, quod non tantū habuissent ocii, ad detrahenda corpori vnguenta quouis visco tenacius inhærentia, & suo quæq; loco digerenda. Hæc erat prima qualis qualis resurrectionis spes oblata. Mox aduenit & Petrus, qui cognita re ex Ioanne, vt tardior fuerat in cursu, ita audacior fuit pariter & curiosior in vestigando. Non enim contentus in monumentū prospexisse, etiā ingressus est. Hunc consequutus est alter ille discipulus prospector, qui solus ingredi nō audebat, sed socius adiūctus, ademit formidinis partem. Iamq; certo viderunt cominus, quod alter ceu per vmbra viderat, nullū vsquā esse corpus, sed corporis exuias sic detractas ac sepositas, vt nō à furibus per tumultū sed per ocium factum videretur. Nondum tamen credebant eum reuixisse, tantum illud credebant esse verū, quod dixerat Maria, corpus sublatū à monumento. Quanquā enim audierāt ex Iesu, quod resurrecturus esset,

esset, tamen ea non infederant penitus animis eorum,
 & si quid adhæserat, id metus ac tumultus crucis excussisset. Nondum enim penitus intellexerant scripturam propheticam, quæ certo prædixerat futurum ut Iesus moreretur, ac die tertio reuiuisceret. Abierunt igitur discipuli duo vnde venerant. Maria autem incredibili quodam amore, desiderio que domini non diuelebatur a monumento, mortuum quærens, quem viuuum dilexerat, & exanimi corpori, cupiens officium exhibere, postea quam viuente frui negatum esset. Stabat autem foris iuxta monumenti ostium, nihil aliud quam plorans & circumspectans, si qua spes affulgeret inueniendi corporis. Inter plorandum autem, quum ingredi non auderet, obliquato capite prospexit & ipsa in monumentum, viditque duos angelos blanda lætaque specie sedentes diuisim, alterum ad caput, alterum ad pedes loci, vbi positum fuerat corpus. Iam hic aspectus lætus & alacer ac placidus, sepulchri, noctis & solitudinis, aliqua ex parte pauorem adimebat. Tum angeli quoque ut illius incerorem consolarentur, vltro compellat flentem: Mulier, inquiunt, quid est quod ploras? Tum illa vehementia quadam amoris ebria: Quia sustulerunt, inquit, dominum meum, nec scio vbi posuerunt eum, suum dominum appellat, & mortuum, etiã num amat, nihil adhuc sperans de resurrectione. Tantum hoc discruciat, quod corporis esset adempta

pta

pta copia. Dum hæc loquitur, ex angelorum vultibus suspicata est aliquem adstare à tergo, & non expectato angelorum responso, respexit. Et ilico vidit Iesum stantem, quem angeli fuerant venerati, nō tamē agnouit Maria quod Iesus esset. Apparebat enim humili specie, ne subito sua specie conspectus, mulierem expauefaceret. Vt igitur animū adderet illi, blandius appellat eam iisdem verbis, quibus angeli: Mulier, quid ploras, quem quæris huc & huc circumspectans? Illa suspicans quod hortulanus esset, cultor & custos eius loci, in quo erat monumētum: erat autem in horto, muliebri simplicitate dicit: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, vbi cælaueris eum, & ego tollam illum. Suspiciabatur enim, quod amicus quispiam ob Iudæorum metum curasset corpus clanculum asportandum, ne veniret in manus Iudæorum, & secus tractaretur quā vellet. Iesus igitur delectatus tanto desiderio mulieris, voce iam nota & familiari, compellat eam: Maria. Ad hanc vocem notam, subito conuersa mulier: iam enim se reflexerat ad angelos, adeo subitis affectibus huc & illuc impellebatur, agnouit Iesum, subitoque gaudio rapta, solito titulo compellat discipula præceptorē: Rabboni, quod Syris sonat, magister, simulque procidēs voluit osculari pedes illi, memor adhuc veteris familiaritatis. Iesus autē sciēs illā nihil adhuc magni de se sentire, quanquā synceriter, ac flagrāter

ter

ter amaret, à contactu corporis prohibuit. Videbat enim Maria rediuiuū, sed non in aliud reuixisse putabat nisi vt more solito cōsuetudinem ageret cum amicis ex mortuo viuus, ignara quod iam corpus gestaret immortale, maiore veneratione tractādum: quod nec impiis vnquā exhibuit dominus, nec cuiuis attretandū permisit, quo paulatim in totū abduceret ab amore corporis. Noli, inquit, me cōtingere, corpus idem est quod pepēdit in cruce, sed iam immortalitatis gloria condecoratū. Tuus autem affectus adhuc carnem sapit, quia nondum ascendī ad patrem meū: quod cū fecero, mittam vobis spiritū consolatorem, qui vos perfectos reddet, meoq; spirituali consortio dignos. Satis sit interim tuo desiderio, quod me conspexeris, quodq; loquentē audieris: sed abi potius ad fratres meos, ob mortē meam desolatos: & hoc gaudii, quod ex meo cōspectu es adepta quā primū illis impartī, hisq; meis verbis adnūcia, quod in hoc reuixi, vt dies aliquot cum eis cōmoratus terras relinquam, & ascēdam ad patrem mihi vobiscū cōmunē, & eūdem deum mihi vobiscum communem. Deponant igitur terrenos affectus, & animū ad spiritualia cœlestiaque dirigant. Obtemperauit Maria, & reuersa ad discipulos, renunciauit se vidisse dominū: & quę iusserat suo nomine referri, rettulit: vt ingens quidē solatium ex eo caperent, quod eos iam fratres appellaret,

pellaret, & ipsi præpararent animos ad desiderium rerum æternarum ac cœlestium, quod corporis fruitio iam non esset diuturna futura. Quum his atque aliis quibusdam apparitionibus, dominus Iesus paulatim erexisset animos suorum ad alacritatem, & spem perfectæ resurrectionis, eodem illo die, qui primus erat sabbati, quod paschale sabbatum sequebatur, cum iam esset vespera, essentque discipuli congregati clanculum, qui ob metum Iudæorum luce non audebant conuenire, ingressus est Iesus foribus clausis, & assistens in omnium conspectu medius, quo pauorem illis omnem adimeret, blande notaque voce salutauit eos, dicens: Pax vobis. Et ne spectrum esse suspicarentur, aut aliud corpus, ostendit eis in manibus clavorum vestigia, & in latere militaris lanceæ cicatricem. Hac salutatione, atque hoc spectaculo confirmata fides est, & ademptus mœror, & exhilarati discipulorum animi. Nam id eis pollicitus fuerat Iesus fore, vt intra breue tempus illos reuideret, sui que conspectu reddito, mœrore absterfo, cor eorum exhilararet. Simulque cõmonefecit eos etis, quod dixerat futurũ, vt mũdo mœrorem haberent, in ipso pacem. Exhilaratos igitur apostolos, quo magis confirmaret, denuo pacis omine salutatur eos, dicens: Pax vobis. simulque mandat cũ autoritate summa prædicationem eorũ, quæ viderant. Sicut, inquit, misit me pater,
&

& ego mitto vos . Ego bona fide glorificaui nomen patris , vos simili fide consentientes inter vos , patris meumq; nomē prædicabitis . Ad hanc functionē præparate animos vestros , quandoquidē ego perfunctus mea legatione repeto patrem inde vobis missurus largiorem spiritus sancti copiam . Interim & ipse vobis pro captu vestro spiritū sanctū impartio , simulq; cū dicto insufflauit in faciem illorū , impartitus spiritum addidit auctoritatem remittēdi peccata cūctis hominibus , qui per Euāgelicam professionem ac baptismū sibi iūgerentur , perq; vitę prioris pœnitudinē vere resipiscerent . Quorū remiseritis , inquit , peccata , remittentur eis : & quorū non remiseritis , obnoxii manebunt suis peccatis . Hæc quū agerentur cæteris discipulis cōgregatis in vnū , solus aberat Thomas , quod Græcæ sonat didymum , Latine geminum . Nam hic vnus erat e numero duodecim , quos peculiariter dominus delegerat , ad munus Euangelicæ prædicationis . Is igitur vbi venisset , discipuli gestiētes gaudio , renūciant illi quod vidissent dominū . Thomas suspicans illos ludificatos aliquo phātasinate fuisse , negat se crediturū , nisi testibus oculis suis , ac ne oculis quidē suis fidem habiturū , nisi conspectis in manib; clauorū recentibus vestigiis , manu quoq; lateri iesu admota deprehēderet lanceæ vulnus . Atq; hæc incredulitas apostoli dispensatione diuina , profecit ad fidei nostræ firmitatē .

mitatem. Post dies igitur octo quum rursus in unum furto
 uo congressu convenissent apostoli, iamque Thomas ha-
 ereticus incredulus, simul adesset cum ceteris, ingressus
 est dominus ianuis clausis, stansque in medio suorum, saluta-
 bat eos solito notoque iam more: Pax vobis. Mox versus
 ad Thomam, cuius incredulitatem noverat is, qui nihil ne-
 sciebat: quia quonia sciebat, non ex malicia, quemadmo-
 dum phariseorum, sed ex imbecillitate humana profici-
 sci, sanare dignatus est. Quando non satis est tibi Tho-
 ma, inquit, audisse a tam multis, qui me viderant &
 audierant, nisi tuis sensibus omnibus certa fiat fides, infer
 huc digitum tuum in vulnera clavorum, & inspicere vera
 ferri vestigia: admoue manum tuam in latus meum, &
 contrecta lanceae vulnus, & post hac noli aliis in re-
 bus esse perinde incredulus, sed fidem habe promissis
 meis quolibet incredibilibus iuxta communem homi-
 num sensum, postea quam videris hoc esse certum, quod
 tibi videbatur incredibile. Thomas ubi vidisset & con-
 trectasset, agnoscens & faciem & solitam domini vocem, iam
 plena concepta fide, exclamavit: Dominus meus &
 deus meus. Quemadmodum enim fuerat ad credendum
 difficilior, ita nemo clarius deum & hominem professus
 est. Siquidem corporis contactus, quod dudum mortuum pe-
 penderat in cruce testabatur verum hominem resurre-
 xisse, & occultorum conscientia divinam virtutem ar-
 guebat. Ita Iesus amplexus quidem est Thomae pro-
 fessor

C

fessor

professionem, cæterum credēdi difficultatē taxauit, dicēs: Thomas, quoniam vidisti me, quoniam audisti & contrectasti, credis. Cæterum, beati erunt qui quū non viderint, credituri sunt. Multis quidem aliis indicis dominus Iesus declarauit diuinam virtutē suam apud discipulos suos, quæ non sunt descripta in hoc libro, sed quædam ab aliis referuntur Euangelistis, quædam viua voce narrata sunt ab his qui viderunt & audierunt. Nō enim curæ fuit omnia describere, quod erat immēsum, sed tamen aliqua literis prodere visum est operæ precium, vt ex his credatis Iesum fuisse filium dei. Quod si feceritis, continget vobis illa beatitudo, quam dominus Iesus promisit iis, qui quum non vidissent, credidissent. Quemadmodum enim ille passus est mortem, & viuit immortalis, ita & vos professione nominis illius vitam æternam assequemini.

CAP. XXI.

IESVS autem quo magis ac magis cōfirmaret fidem suorum discipulorū, frequēter illis apparuit, colloquens, nōnunquā & vnā cibū capiens, ne qua suspicio posset animis illorū insidere, qđ præstigiū aut spectrū fuisset, qđ viderant, nec tamē interim ppetuo versabat̃ cum illis, quemadmodū ante mortē solebat: nec eadē familiaritate cū illis agebat, nec omībꝰ cōspicius: quia prædixerat se suis appariturū, nō mūdo, ne suis quidē cōspicuꝰ, nisi quū vellet. Iam em̃ immorta
litas

litas venerandam quandam speciem, ac maiestatis plenam præ se ferebat, vt cōfirmata illorum fide, corporis cōspectum in totum ab eis subduceret, iamq; spiritaliter apud suos versaretur. Itaq; rursus exhibuit se cōspiciendum discipulis suis iuxta lacū qui dicitur Tiberiadis. Exhibuit autē hunc in modū. Discipuli qui latitarāt ante Hierosolymis, quō tutiores essent à Pharisæis, receperant sese in Galilæam, erantq; simul aliquā multi, nimirū Simon Petrus ac Thomas, qui idē dicit̄ Didymus, præterea Nathanael, cui patria Cana Galilææ, vbi Iesus verterat aquā in vinū. Ad hæc duo filii Zebedæi, Ioānes & Iacob⁹ maior, cumq; his alii duo quidā discipuli. Quoniā autē præsidio dñi fuerāt destituti, per quē ali cōsueuerant ex amicorū vltronea benignitate. Petr⁹ ad pristinā artē reuertitur, quo sibi manib⁹ victū pararet, ne cuiq; grauis esset aut in ocio cuiusquā liberalitate alere. Nō em̄ licebat prædicare, nec æquū esse iudicabat, vt qui nō seruebat euāgelio, viueret ex Euāgelio. Sub noctē igit̄, qm̄ luce nōdū satis esset tutū pdire in publicū, ait Petrus: Abeo piscatum. Cæteri vero: Venim⁹ & nos tecum, vt piscemur vnā. Simul itaq; egressi domo cōscēderūt nauim. Ac totā qdē illā noctē frustra laboratū est piscādo. Nihil em̄ ceperūt, quo locus darē miraculo, simul velut ænigmate significaretur, inanē esse operā Euāgelistæ, nisi Christus hois conatū bene fortunet. Vbi vero iā dis-

luxisset, Iesus stetit in litore, nō tamē agnouerūt eum discipuli, partim ob interuallū lōgius, partim ob lucem adhuc ancipitē, partim quia noluit statim agnosci dñs. Alloquutus est igit̃ eos Iesus è litore: Pueri, inquiēs, num quid habetis obsonii? Illi quū ne voce quidē agnoscerent dñm, sed suspicarentur aliū quēpiā esse, qui venisset ad lacum mercaturus pisces, responderunt se nihil habere, quod illi venderent, qui nihil cepissent. Tū Iesus, vt paulatim declararet quis esset: Iacite, inquit, rete in dextrū nauigii latus, & inuenietis, quod haften⁹ nō potuistis. Paruerunt iubenti, nam tædium frustra sumpti laboris, & auiditas capiēdi, spem addebat. Mox tanta pisciū multitudo capta est, vt onustū rete, vix protrahi posset ad scapham. Hæc videlicet erat imago multitudinis hoīm, q̄ post apostolica prædicatione ex om̄ib⁹ toti⁹ orbis linguis ac regionibus adiungēda erat ecclesię. Ex nouitate rei factus attentior discipulus ille, quem diligebat Iesus, agnouit Iesum. Moxq̄ Petrum, qui totus erat in atrahendo retr, submonet, quod domin⁹ esset is, qui è litore stans, iussisset laxare rete. Petrus sui nō dissimilis, vt intellexit esse dominum, oblitus & retis & piscium, arripuit interulam, nam antea nudus erat, & impatiens moræ coniecit se in lacum, atq̄ ita peruenit primus ad dominum. Cæteri vero discipuli nauigio cōsequuti sunt. Nec enim longe aberant à litore, sed

sed cubitis plus min⁹ ducētis, simul trahētes rete pisci-
 bus onustū. Vt igitur descēderūt in terrā, viderunt in
 littore prunas viuas, & piscē impositū, præterea panē.
 Iussit itaq; Iesus, vt afferrent & ipsi de suis piscibus,
 quos modo cepissent. Petrus itaq; reuersus in nauim,
 rete pertraxit in terrā, plenū magnis piscib⁹, numero
 centū quinquaginta trib⁹. Auxit miraculū hoc quoq;
 quod quū esset tanta multitudo pisciū, eorūq; ingen-
 tium, rete tamē nō fuisset scissum onere. Res adumbra-
 bat humilē ecclesiā, & iuxta mundū imbecillē & angu-
 stan, tamē omnes orbis nationes cōplexurā, præside
 & auspice dño Iesu. Iā vero vt certius etiā daret speci-
 men, se verū esse hominē, nō phantasma, qui veritatē
 sui corporis, oculis vius, auribus auditus, & manibus
 cōtrectat⁹ approbarat, cibū etiā cū illis capere voluit.
 Inuitauit igitur suos ad prandium paratū. Discubue-
 runt discipuli, sed taciti. Maiestas enim immortalis iā
 corporis ademerat illis solitā fiduciam. Agnoscebant
 quidē dñm, sed augustiore iā specie. Nullus igitur au-
 sus est eum interrogare, quis nam esset, quod ex re sci-
 rent dñm esse, licet species corporis esset immutata.
 Accessit igitur Iesus ad cōuiuium, & suo more distri-
 buit illis panē manibus suis fractum, similiter & piscē
 facto docēs suos, quos pastores ecclesie delegerat, vt
 gregē euāgelicum sacra doctrina, sed ab ipso tradita,
 pasceret. Hic erat tertius dies, quo se Iesus per internal

la, suis cōspiciendum exhibuit. Neq; enim assidue cū illis versabatur. Peracto prandio dñs Iesus, velut explicans quod facto significarat, Petro pascendas oues suas cōmitit, sed ter stipulatus amorē sui, vt inculcaret animis suorū, neminē esse pastorē idoneū gregis euāgelici, nisi qui talem amorē gereret erga suæ custodiæ creditos, qualē Christus iā præstiterat erga suos pro quibus impenderat vitā suā. Petrū autē potissimū alloquitur, quo memoriā abnegationis aboleret, significans illū in euangelico ministerio principē locū habiturū, qui charitate in gregē dominicū præcelleret cæteris. Per hunc igitur quē nouerat cæteris ardentioris animi, voluit omnibus apostolis, & horum successoribus specimē veri perfectiq; pastoris exprimere. Solet autē & aliās Petr⁹ velut os esse apostolicorū, & per hūc audiri voluit dominus, quid cæteri quoque profiterentur. Siquidē huius voce ædita, totius ecclesiæ professio tam pridē promeruerat sponsonē clauū regni celestis. Itidē & tum huius voce voluit ædi summæ erga se charitatis professionē, vt per vnum cæteri cognoscerent, quales ad curā dominici gregis deberent accedere. Simon, inquit, Ioannis, diligis me plus quā hīs? Nō rogabat hæc dominus velut ignarus se plurimū à Petro diligi, sed penitus infixū esse volebat animis suorum, summa erga Iesum charitate opus esse ei, qui gregis dominici curam susciperet, pro quo dominus

ipse

ipse crucis supplicium subisset. Petrus autem iam factus solito circumspectior, de cæteris quidem quantum amarent dominum non respondet, quod aliorum animos exploratos non haberet, de sua vnus consciētia respondet, cuius dominum etiam testem audet facere. Quantum, inquit, aliorum quisq; te diligat nescio, ego amo te domine, nec hoc ignarus interrogas. Tu qui nosti secreta mētium humanarum, scis quod amem te. Tum Iesus: Si amas me, inquit, vt profitearis, pasce agnos meos, qui mihi charissimi sunt, & pro quibus vitam meam impendi, ac talem te præbe erga illos, qualem ego me præbui erga vos. Hoc erit argumentum perfecti erga me amoris. Rursum interrogat eum totidem verbis dominus Iesus: Simon Ioannis, amas me? Respondit ei Petrus totidem verbis: Amo domine. Scis ipse, quod amem te. Tum rursus Iesus: Si me vere amas, pasce agnos meos, quos ego charissimos habeo. Tertio dominus rogat Petrum: Simon Ioannis, amas me? Toties iterata domini percontatio, scrupulum ac mærorem iniecit Petro. Quamquam enim sibi conscius esset, quod vehementer dominū amaret, tamē post tam magnificam promissam ter abnegatus dominus, faciebat vt ipse sibi quoq; diffideret. Euenerat enim in Petro, vt lapsus esset salutem, qui modestiam docuisset, ac dedocuisse sui fiduciā, qua nulla pestis capitalior Euangelicæ pietati.

C 4

Respondit

Respōdit igitur syncere quidē, sed timide, ac modeste
 iā tota fiducia trāslata in eū cui soli oportet fidere: Dñe
 quur hoc toties interrogas, cū nihil te fugiat? Scis ip̄e
 quod amem te. Tū Iesus: Pasce igitur oues meas: & in
 has declara quāti me facias. Boni pastoris exēplum ex
 me fumes. Ego pro meis ouibus vitā meā impēdi, tu
 quoq; vsq; ad vitę capitisq; iacturā fidū ages pastore
 ouium mearū. Meæ sunt, quas meo sanguine redemi,
 nunc rediturus ad patrē, tibi pascēdas cōmitto. Pasto
 rem igitur ages, nō dñm, & pasces vt serues: nō macla
 bis, aut deglubes vt perdas. Si ego tibi ter charus sum
 erūt tibi charę, quas habeo clarissimas. Hęc dñs Iesus
 tanta diligētia voluit esse inculcata discipulorū suorū
 animis, quod nō ignoraret exorituos, qui nō amore
 Iesu, sed sui cōmodi gratia curā populi Christiani su
 sciperēt, vel arriperēt potius, qui pro pastorib; agerēt
 tyrānos ac prædones. Quin & illud dñs Iesus digna
 tus est explicare, quid sibi vellet ter iterata dilectionis
 professio. Qui pro salute gregis dñici, cōtemnit facul
 tates suas, negligit honores huius mūdi, negligit affe
 ctus suos, magnū quidē de se synceri amoris argumē
 tum prębet, cęterū, qui pro salute gregis nō dubitat
 vitā suā in discrimē adducere, is absolute charitatis cer
 tissimū documentū dedit. Id olim Petrū facturū, sub
 indicare volēs aiebat: Illud etiā atq; etiā tibi cōfirmo.
 Petre, pręstabis aliqñ, quod nūc profiteris. Nō est aut
 delicata

delicata professio. Quū em̄ essēs iunior, & iuxta corporis vires malorū tolerātor, mollius habebaris, Nā ipse tibi cingulū tuo arbitrato soluebas, aut addebas, ac liber ambulabas quocūq; lubitū esset. Verū vbi senueris, iā iuxta corporis vires imbecillior, durius tractaberis, nimirū animo iā fortior. Nā porriges manus, & alius cinget te, ducturus quō nolis. Hoc enigmatē Iesus significabat, quo mortis genere Petrus esset olim glorificaturus deū. Siquidē admodū senex ductus est ad crucē, quā vt libēter pertulit, ob immēsam charitatē erga dominū suū, tamē horret imbecillitas humanę nature. Hęc loquutus Iesus, cœpit ambulare, dicitq; Petro: Sequere me, rursus ad suę charitatis, ac mortis imitationē inuitās. Petrus vbi respexisset, vidit & illū discipulū quē diligebat Iesus, quicq; in dñi petrus incubuerat in extrema coena, dū ex eo sciscitaretur quis esset proditor, Hūc cū vnice diligeret Petrus, & dño cæteris chariorē semper fuisse sciret, ac tū nō iussū sequeretur Petro proximū, rogat dñm, quid de illo futurū esset. Iā em̄ de sua morte cognouerat, & scire cupit, an hunc mortis suę comitē esset habiturus, Nam hoc sibi gloriosum ac vehemēs dñicę erga se charitatis indiciū esse ducebat, quod Iesu mortē esset imitaturus. Iesus autē superuacuā hęc de morte alteri Petri curam corrigēs, ait: Si hūc velim manere, donec ipse veniā, quid id tua refert? Meū est, & meo arbitrato, de illo
quod

quod optimū erit, statuā. Tu quod ad te pertinet cura videlicet vt me sequaris. Ortus est igitur ex huius occasione sermonis inter discipulos rumor, quod discipulus ille Iesu dilectus, non esset moriturus violenta morte, sed permansurus in vita, donec rediret dñs iudicaturus viuos & mortuos, quod omnes tum breui futurū opinabātur, tametsi Iesus nō dixerat, eū nō moriturū sed Petri curiositatē retundēs, negauit ad illū pertinere, si vellet eū manere vsq; ad aduentum suū. Atq; hic est ille ipse discipulus. qui testimoniū perhibet hęc sic esse gesta, qui que scripsit hęc, quo certius ac latius ad oīm noticiā diffundantur. Et cognouimus quod verum est illius testimoniū. Non enim scripsit ab aliis audita, sed quibus ipse interfuit. Nec omnia tamē cōmemorauit, quæ dixit aut fecit Iesus. Etenim si quis ea singulatim conetur enarrare, immensa voluminum vis nasceretur. Tantū autē literis proditū est, quantum ad salutē consequendā fatis est. Superest igitur vt his credentes, & Iesu vestigiis inhærentes cōtendamus ad immortalis vitæ præmium. (:.)

PARAPHRASEOS IN EVANG.
IOAN. FINIS.

ERASMVVS ROT. PIO
LECTORI S. D.



IOTA QV IDEM DOCTRI
na Euangelica, tota vita Christi, nouā
quandā & admirabilē spirat charitatē,
sed hāc nemo magis expressit, quā
Ioannes Euāgelista, qui quemadmo
dū peculiari⁹ adānatus fuit ab illo qui est amor æter
nus, ita nihil aliud loquitur, nihil aliud spirat, quā
meros amores, siue legas huius euangelium, siue le
gas epistolas. Nimirum hęc est illa Christiana chari
tas, quæ compendio docet, quicquid tot veteris in
strumenti voluminibus, tot philosophorum libris,
tot hūanis legibus præcipitur: hęc est quæ quicquid
est virtutū vltro secū trahit quicquid est vitiorū semel ex
cludit. Quū em̄ summa nra felicitas sita sit in cogni
tione, fiducia, & vitæ puritate, nihil citius aut libētius
discim⁹, quā quod vehemēter amam⁹. Fides autē est
velut oculus noster, quo videmus & cognoscim⁹ deū,
quod satis est nobis ad salutē æternā, idq; ex scriptu
ris diuinis. Hunc oculum purum, simplicem & co
lumbinum reddit charitas, quæ nihil perperam, sed
candide interpretatur omnia, Huic proximum est,
fiducia, qua diffisi mundi præsidis, diffisi nostris vi
ribus toti pendemus ex bonitate dei. Persuadet aurem
&

& hoc efficacissime verus amor, vt nos toto pectore reiciamus in eum, quē toto pectore diligim⁹. Porro quod ad tertium attinet, cū vitæ puritas petenda sit potissimum vel ex Christi præceptis, vel exēplis, nemo libētius obedit cuiquā, quā ei, de quo magnificētissime sentit, & quē plurimū amat. Deniq; qđ ad spem præmiorū attinet, quāquā perfecta charitas, nec metu mouetur, nec moratur præmia, nulli⁹ pmissis magis fidemus, quā ei⁹ quē per fidē cognoscim⁹ omnipotentē, & tot etiā experimentis sensim⁹ optimū, & quotidie sentim⁹. Hoc igit̃ est veluti centrū huius euangelii, circa quod assidue voluitur Ioānes, nunq; ab illo recedens. Proponit autem veluti duos orbes, vnū cœlestem ac spiritalē, alium terrenū & carnalem, quem mundū appellat. Neuter horū ostendi digito potest, sed est in affectib⁹ intimis, promēs se tamē nōnunq; factis ipsis, nisi quod facta quoq; simulatur. Hoc tantum interest, qđ nec sibi cōstat, nec ppetua est simulatio. In orbe cœlesti, deū patrem collocat summū bonorum omniū fontē, huic adiungit filium per quem cōdidit, gubernat, ac restituit omnia, & spiritū vtriq; cōmunē, per quē perficit omnia. Hic sacratus ternio sibi coherens, & in sese rediēs, primū exēplum est absolutæ charitatis & cōcordiæ. In hunc per fidē & charitatem adoptātur omēs, qui synceris mētib⁹ adherent Euāgelicæ doctrinæ, Renascūtur filii dei, efficiunt̃ fratres

tres

tres Iesu, fortiuntur spiritū cōmunē, asciscuntur in cō
fortiū immortalitatis, fiunt em̄ palmites æternę vitis,
redduntur mēbra Christi. Sed in hoc coeleste confor
tiū nō potest admitti, nec admissus perseverare, nisi pu
rus ab hui⁹ mundi cupiditatib⁹, etiā si hæc puritas nō
cōtingit cuiquā in hoc seculo perfecta. Hic nimirū oc
currit alter orbis, qui maximā hominū partem cōple
ctitur. Hui⁹ principē veluti centrū facit satanā. Is ha
bet angelos suos impostores, quemadmodū deus ha
bet suos angelos pietatis ministros. Ternionē nō ha
bet, quoniā tyrānus est, solitudinē amans, nec admit
tens regni consortē. Habet & suos apostolos suosq⁹
foederatos, per quos operatur, quēadmodū xp̄s opera
tur per sanctos suos, Tunc em̄ habebat scribas, phari
sæos æ sacerdotes, Herodes, primores aliquot populi,
qui diligentes ea quæ sunt huius mundi aduersabatur
doctrinę Christi. Et huius generis hostes nullo nō se
culo Christus habuit, nullo nō habiturus est. Difficil
limum est autē hos duos orbis interim tot modis in
ter se cōfusus discernere, Certissima nota est, quod hi
qui vere sunt Christi, nihil aliud sitiunt, quā gloriā
Christi, vel cū sua ipsorū ignominia: quā lucrū Chri
sti, vel cū vitę suę dispēdio. Nihil sibi venātur, nihil si
bi vindicāt, si quid est boni: nihil ambiūt, nisi placere
Christo. Hoc vno metiuntur omnē suā felicitatē. Con
tra qui mundo sunt addicti, suis studēt cōmodis, suæ
gloriæ,

gloriæ, suo lucro, suæ voluptati neglecto deo, & offen-
 so etiã proximo, & si quid interim simulât religione,
 tamē à scopo suo nō recedūt. Habet vterq; sua præsi-
 dia, suãq; solatia. Mūdus habet opes, honores, autori-
 tates, copias, exilia, carceres, mortes. Euāgelicus orbis
 habet rectā cōscientiã, spiritū consolatorē, & charitatē
 om̄ia quāuis tristia cōculcantē. Habet vterq; sua præ-
 mia. Mūdus præterquã qđ falsa bona pollicet, in
 quib; ipsis sæpe p̄fidus, tamē vltra vitam nihil potest
 polliceri. Christus pollicetur æternæ vitæ cōfortiū, &
 hic interim pl; veræ trāquillitatis, q̄ mūd; suis præsta-
 re valeat. Tātum omnē fiduciã, omnem gloriã, omnē
 spem in vnū se trāfferri vult. Hæc cum nobis tradita
 sint in his literis, quas non aliter accipimus quã vo-
 cem à Christi prolatã ore, quid est qđ om̄is penē vi-
 ta Christianorum tantum abhorret ab hac doctrina?
 Omnes exæquo profitemur Euāgeliū, & nemo præ-
 stat Euāgelium. Quæ vitæ pars, nō libidine, auaricia,
 ambitione, liuore, odio corrupta: siue principes spe-
 ctes p̄phanos, siue proceres ecclesiasticos, siue populū
 p̄miscuū, siue eos qui tanq; bis Christiani plus quã
 Euāgelicã religionē p̄fitent? Inter quos est vllū syn-
 ceræ charitatis vestigiū? Inter quos amicitia simplex
 & fuci nescia? Quis nō procurat suū cōmodū incō-
 modo pximi? Quis nō sibi plurimū arrogat ac pxi-
 mo detrahit? Vnde perpetui bellorū tumultus? Expē-
 dam?

damus quod petitur tanta sanguinis Christiani iactura. Leue est, vile est, tēporarium est. Interim ferarum ritu quid aliud quān mutuo laniatu viuim⁹? Et cū his factis nobis pollicemur cœlum, vbi summa pax est, vbi perfecta charitas. Et qua fiducia pollicemur? quia semel in morte cōfessi sumus: quia diploma pōtificis emimus quod liberat à purgatorio: quia morientes iussimus vt pro sepultis peragātur multa magnificāque parentalia: quia subornauimus qui pro nobis vi fat Hierosolyman, Limina Petri, aut Compostelam, ne commemorem his etiam ineptiora? Quod genus, vbi moriturus se tutū credit, si sepeliatur amictus veste Frācisani, aut Dominicani. Vnde, quæso, inter Christianos tanta ruditas? Nimirum quia non legimus Euangelium, aut si legimus, obiter & oscitanter legimus. Hæc adiecimus optime lector, quod forte vacabant aliquot paginae. Bene vale.

Paraphrases in quatuor Euāgelistas autore Des.

ERASMO ROTEROD. multa

diligentia recognitæ absolutæ sunt

Compluti in Aedibus Mi-

chaelis de Eguia. An-

no dñi. M. D.

XXV.

Octauo K's. decembris.

PROLOGO

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


41

PROLOGO

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



E





43
192

1.214